



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

Speranza, Giuseppe

Coloniæ Agrippinæ, 1659

Index Ad Conciones, De Sanctis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44265

Index ad Conciones.

decim annis. Punct. 127. De his, qui præ nimio vitæ desiderio, nimia sanitati student. 395.2

Filia mea modo defuncta est. Punct. 126. De brevitate hujus vitæ, & quàm citò mors veniat. 390.2

Et turbam tumultuantem. Punct. 10. Cogitationes sunt turba illa tumultuans. 46.1

Luc. 23.

Deridebant eum. Et deridebant eum Principes eum eis. Lucæ 23. Punctum 13. Irrisiones. 385.2

Ut tenuit manum ejus. Glossa: Nisi prius manus Iudæorum, quæ sanguine plenæ sunt, mundatæ sint à morte, non resur-

gunt. Punctum 24. Ablutio manuum. 646.

DOMINICA XXIV. POST Pentecosten. Matth. 24.

Utm videritis abominationem desolationis. Punct. 157. Peccatum summa est abominatio. 508.1

Stantem in loco sancto. Punctum 69. Quantum indignetur Dominus contra eos, qui spiritum profiteantur, dum videt in eis aliquid avaritiæ. 232.2

Tunc parebit signum Filii hominis, &c. Interlin. Signum Crucis, ut videant, in quem transfixerunt. Punct. 37. De quinq; plagis. 768



INDEX
AD CONCIONES,
DE SANCTIS.

IN FESTO S. ANDREÆ
Apost. 30. Novembris.



Celestiaci 23. Gloria magna est sequi Dominum.

Job. 23. Vestigia illius secutus est pes meus, viam ejus custodivi, & non declinavi ab ea.

Gen. 32. In baculo isto (crucis) transivi Iordanem (passionis)

Judic. 7. Loquere ad populum, & cunctis audientibus prædica.

Judith. 6. Ligaverunt Achior (ed quod veritatem prædicaret) ad arborem manibus, & pedibus, & sic vinculum de rellibus dimiserunt illum (quem filii Israël exsolverunt, quod & populus fecisset cum Andrea, nisi orasset, ne suam impedirent passionem.)

Cant. 8. Ascendam in palmam, & apprehendam fructus ejus. Ascendam (b qualis voluntas patiendi! Diu desiderata, sollicitè amata, &c.) in palmam, (crucem, quia virtutem sanctæ Crucis agnovi) & apprehendam fructus ejus (gaudia Paradisi. Apoc. 12. Et lignum afferens fructus duodecim, id est, duodecim gaudia Paradisi.) Sic D. Thomas seum. 2. de S. Andrea. Huc D. Thomas. faciunt Punct. 47. 48. 49. 50. & 51. à pag. 182. 1.

3. Reg. 18. Et ecce nubecula parva ascendebat de mari, (à radiis oculorum justitiæ Solis elevata.) Erce cali contenebrati sunt (tempore Passionis.) Et nubes, & ventus (in die Pentecosten) & facta est pluvia grandis (prædicationis) Pro hoc thomate plura in Præfat. de verbo Dei.

Matth. 4. At illi continuo relictis retibus, secuti sunt eum. Utinam tu aliquando tua relin-

Index ad Conciones.

Iob. 18.
Habac. 1.
Prov. 29.

relinquas retia divitiarum. Iob 18. *Misit in rete pedes suos, mulierum.* Habac. 1. *Congregavit in rete suum, adulationum.* Prov. 29. *Homo, qui blandis, fictisq; sermonibus loquitur, rete expandit pedibus suis; quæ retia nisi relinquas, incidet in rete ultionis divine.* Osee 8. *Expandi super eos rete meum.* Sic D. Thom. serm. 1. de S. Andr. Pro quo facit Punct. 33. de fugâ occasionum. pagina 141.2.

Osee 8.
D. Thom.

At illi continuo. Metitò: primò, quia continuo desinimus; Et nos nati continuo desinimus esse. Sap. 5. *Secundò, quia continuo venit inobedientibus ira illius: Subitò venit ira illius.* Eccles. 5. *Tertio, quia continuo datur obedientibus præmium. Ego sum, subitò faciam illud.* Isaie 60. *Loquitur de præmio Sanctorum.* Quarto, quia continuo illi irrationales creaturæ obediunt: *Ars facta est continuo sciens.* Matth. 20. D. Thomas, ubi supra. Pro hoc themate Punct. 99. Quam gratus, & placens sit Deo, qui aures ad divinas inspirationes habet apertas.

Eccles. 5.

Isais 60.

Matth. 20.
D. Thomas.

Matthæi 4. *Venite post me.* Erant in mari, & vocantur ad mare passionum, & è navi ad Crucis navem invitantur. Vnde Lucas cap. 8. *Et ascenderunt naviculâ, &c.* Vbi Glossa: Cum Iesu navium ascendit, qui signo Dominicæ Passionis imbutus, sæculum relinquere disponit.

Luc. 8.
Glossa.

Faciã vos fieri piscatores hominum. Rete erit verbum Dei, & è navi, vel potius è Crucis suggesto prædicantes. & non hærentes malo ratis, sed potius inixi super arborem Crucis, à qua portabimini in cælum. Vnde Iulius Firmicus Maternus cap. 28. de Cruce loquens. *Afixos sibi homines, ait, ducit ad vitam.* Et Ambrosius serm. 57. *religatum sibi hominem patriæ representat.*

Iul. Firmic.
Matern.
Ambros.

Dignum sibi Dominus computavit Martyrem, quem vocavit Apostolum, dum esset in mari. Nam sicut lebus magis portat, quam feratur; ita cymba Crucis potius vehit, quam sustineatur. *Tollite jugum meum super vos, jugum enim meum leve, & onus meum leve.* Augustinus serm. 100. *Sarcina enim Christi levare consuevit, non premere: si enim jugum Christi subditâ, & humili cervicè*

August.

suscipimus, magis nos portat, quàm à nobis portetur. Si onus Christi leve, omne leve tendit sursum, quòd si dicas, vocari onus, quòd graviter ponderet, facilius te in altum sublevarit: pondus, dum inclinatur, erigit massam, quæ pensatur. *Quid Crux, nisi bilances? Statera facta corporis, Pradamq; tulit Tartari,*

IN FESTO S. NICOLAI.
6. Decembr.

Iob. 29. *Benedictio perituri super me veniebat.* Perituri mundi, ac casuri benedictio venit super Christum, qui pretio sui Sanguinis nos redemit. Punctum 1. *Triginta argenteorum pretium vile, & indignum.* 531.1

Thren. 3. *Bonum est viro, cum portaverit jugum ab adolescentia sua.* Feria quarta, quando traditus est Dominus, & sexta, quando mortuus, infans jejunabat. Nicolaus, & in Palestinam profectus, ut loca sancta veneraretur: *Veni ad montem myrrha, & ad collem thuris. Veni in foraminibus petra, in Calvaria ad sepulcrum.* Punctum 26. *Crucis bajulatio.* p. 652. 2. *Item Punctum 27. Crucifixio.* p. 662. 1. *Punctum 37. De quinq; plagis.* p. 768. *Psal. 39. In manus tuas commendo spiritum meum.* Quo pronunciato in cælum migravit. Punctum 36. p. 764

Cant. 4.
Cant. 2.

IN FESTO S. AMBROSII.
7. Decembr.

Judicum 14. *Ece exanimatus erat in ore leonis, & savor mellis.* De hoc themate S. Thomas hac die. *Sapient. 7. Inextinguibile est lumen illius.* S. Vincentius hac die, p. 285. de hoc themate. *Christi pulchritudo in Cruce.* p. 668. 1

D. Thom.
S. Vincent.
Ferr.

Quem secutus es errantem, sequere & penitentem. Peccasti, penitentiam age. Punct. 3. p. 922. 2

IN FESTO IMMACULATÆ
Conceptionis. 8. Decemb.

Exod. 25. *Arcam de lignis Saisim (simplex & terribilis) constringis, &c. & denudabis eam in us, & foras.*

Isa. 37. *Non ingredietur urbem hanc (com-*

Index ad Conciones.

(communis hostis) nec mittet in eam sagittam: nec occupabit eam clypeus, nec circumdabit eam munitio: protegamusq; urbem hanc propter me, & propter David servum meum.

Ezech. 43. *Ista lex domus: in summitate montis omnis finis ejus: in circuitu sanctum sanctorum est.*

Psal. 44. *Astitit, vel juxta alios. Erecta stetit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate, &c. In simbriis aureis.* Hieron. *Intrinsicus fasciis aureis vestita.* Alii: *In securulatis.* Quasi dicant: Ab ipsis fasciis, quæ nedum natam, sed conceptam ligare possent, scutis, elypeisque protecta est. Alii: *Tota gloriosa est filia Regis intrinsicus.*

Psal. 45. *Deus in medio ejus non commovebitur.* Vnde: *Adjurabit eam Deus manè diluculo.* Alii: *In ortu matutino.* Vatab. *Ante auroram.*

Isaïa 54. *Fundabo te in sapphiris.* Vatab. *in carbunculis.* Carbunculus, ait Isidorus, dicitur, quia ut carbo est ignitus, cujus fulgor nec nocte vincitur, adeo ut flammæ ad oculos vibret. Fundabo te in ipsa mer Conceptione, in carbunculis specialis gratiæ, tenebras, noctemque originalis culpæ fugantis. Hinc Apoc. 21. inter lapides preciosos chaledonium, smaragdum, beryllum, topazium, cæterosque usque ad duodecimum, carbunculus non invenitur: quia ut illi correspondebant duodecim Apostolis, qui omnes aliquam tenebrarum partem habuerunt: ita carbunculus, perlucidus solam Virginem undequaque, semperque fulgentem præsignat.

Gen. 3. *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, vel ut legit Vatab. Ipsam mulierem, & ipsa conteret caput tuum.* Vbi Cajet. notat verbum illud in numero multitudinis, *Inimicitias*, quod nullo amicitiae genere amica extiterit: quodque non sufficiat nobis, inimicum esse Diabolo quoad ea, quæ sunt fidei, aut spæi, sed oporteat secundum omnes partes inimicum esse, videlicet secundum ea, quæ sunt castitatis, abstinentiæ, liberalitatis, misericordiæ, & cæterarum virtutum.

Esther 5. *Non pro te, sed pro omnibus (aliis)*

hæc lex constituta est. (Tu, Mater, excepta es.) Item: *Festinus exilivie de solio (peccati gratia) sustentans eam ulnis suis, (ac caderet)*

Gen. 47. *Subiecit terram Pharaoni, & cunctos populos ejus à novissimis terminis Ægypti usque ad extremos finis ejus, præter terram Sacerdotum.* Terra hæc sacerdotalis Virginem præfiguratur, quæ ditioni, ac imperio Pharaonis Inferni subiecta non fuit, nec etiam Ægypti tenebris aliquando coacta, sed semper immunis, semperque benedicta. *Benedixisti, Domine, terram tuam.*

Psal. 88. *Thronus ejus sicut Sol, & sicut Luna perfecta in æternum (nullo unquam cum defectu, aut eclipsi)*

Quasi à facie columbræ fuge peccata. Huc facit Punctum 157. pag. 508. l. & Punct. 158. p. 512. l.

Matthæi 1. *De qua natæ est Iesus, qui vocatur Christus.* Beatissima Virgo Maria. D. Brigittæ loquitur ad hunc modum lib. 6. cap. 12. *Sponsa Filii mei, tu salutas me, & comparabas alveario apum.* Ego certe fui apiarium: nam corpus meum fuit quasi lignum solum in utero matris, aut quàm animæ conjungeretur. Fuit etiam corpus meum, post mortem meam, quasi lignum, separata anima, usquequod animam meam Deus in corpore ad Deitatem sublevavit. Hoc lignum, factum est alvearium, quando illa benedicta Apis, Filius Dei, traxit se de cælis, & Deus vivus descendit in corpus meum, &c. Sed sicut apis habet aculeum (Maria loquitur,) quo tamen non pungit nisi invita: sic Filius meus habet severitatem justitiæ, quam tamen non exercet, nisi quando est à peccatis provocatus. Huic Api male retributum est: nam pro potentia traditus est in manus iniquorum: pro charitate datus est in manus crudelium: pro honestate nudatus est, & immisericorditer flagellatus. Benedicta ergo sit Apis illa, quæ de ligno meo fecit sibi apiarium. & implevit illud melle suo sic copiose, ut de dulcedine mihi data, sapor ille venenatus de ore omnium auferretur. Punctum 28. Maria juxta Crucem

p. 419. l.

f 3

IN

Hieron.
Alii,

Alii.
Vatab.
Idem.
Isidor.

Apoc. 21.

Vatab.
Cajet.

Index ad Conciones.

IN FESTO S. LVCLÆ.

13. Decembr.

S. Vinc. Fer. **S**ap. 7. Proposui pro luce habere illam. De hoc ille themate S. Vinc. Fer. Huc facit Punct. 114. pagine 345.1.

Apoc. 3. **Q**ui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei. Hujus templi, sive cælum, sive Ecclesiastit. juxta Bedam, & Richard. columnæ sunt Sancti. Columnæ firmæ per fidem, erectæ per intentionē, sublimes per contemplationē, quæ pondera sustinent virtute gratiæ, verbo consolationis, suffragio orationis, exemplo actionis.

Columna es immobilis, Lucia sponsa Christi. Magna Virginis laus ex ore Ecclesiæ: Columna immobilis. Occidit quondam ille:

Nulla diu femina pondus habet.

Verum hic Luciam non noverat: Tanto nanque pondere tam fixis Spiritus Sanctus, ut Virgo Christi immobilis permaneret.

Ambr. 5. Exam. 9. Echinus animal exiguum, vile, ac despicabile (martinum loquor) cum ventorum procellam presentit calculum validum arripit, eumq; velut saburtam, vehit, & tanquam anchoram trahit, ne excutiat fluctibus: itaque non suis se librat viribus; sed alieno stabilit, ac regit pondere. Mira proprietates, opusque naturæ, mirabilior gratiæ, virgunculam inter concupiscentiæ fluctus, sponsi illecebras, Iudicis que minas immobilem conspiciat. Unde id. que so: Inde sanè Psal. 17. Dominus firmamentum meum, & refugium meum. Hier. Dominus petra mea, & robur meum.

Psal. 27.

Hieron.

Psal. 15.

Chald.

Hieron.

Alii.

Psal. 15.

Conserua me, Domine, quoniam speravi in te. Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Chald. Quoniam bonum meum non procedit nisi à te. Hieron. Quoniam bene non est mihi sine te. Tu es, qui restitues. Alii, Stabiles, firmabis, conserua bis hereditatem meam mihi hanc, quam pro te diligo, puritatem Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum, vel, qui consuluit mihi (castitatem) in super & usque ad noctem, hoc est, etiam noctu gravissimæ hujusce persecutionis, increperunt, vel erudierunt me renes mei, ut puritatem amarem. Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne

commovear. Propter hoc latatum est cor meum, & exultavit lingua mea: insuper (coram Tyranno) & caro mea requiescet in spe (tuæ protectionis.) Quoniam non derelinques animam meam in Inferno lupanari, quod minatur Tyrannus nec dabis, Alii: Nec sines, aut, permittes, sanctum tuum videre corruptionem. Psalmo titulus est: Columna descriptio.

Alii.

Eccl. 2. 6. Columna aurea super bases argenteas, & pedes firmi super plantas; aut Græcè: Super pectus, vel in pectore stabilis mulieris.

Græc.

Matth. 7. Sapiens mulier, (non fatua virgo,) qua edificavit domum suam (conscientiam,) supra petram (Christum) & descendit pluvia, & venerunt fluvia (concupiscentiarum) & flaverunt venti (persecutionum) & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat supra petram.

Cant. 5. Crura illius, columna marmorea, fundata super bases aureas (charitatis.) Augustinus: Quis enim ab eo continet, unde turpatur, nisi diligit, unde honestatur?

August.

Ierem. 1. Ego quippe dedi te hodie in columnam ferream. &c.

Psal. 74. Ego confirmavi columnas ejus. Rom. 8. Quis nos separabit à charitate Christi? &c. Hebr. 13. Optimum est gratia stabilire cor, non eges, quæ non profuerunt ambulantes in eis.

O quam citè corruunt ambulantes in eis! Iudic. 6. Samson columnas excussit templi Dagon. Hebr. Frumenti, vel piscis: & occidit Philisthaos. Heb. Potione cadentes.

Iudic. 6.

Hebr.

4. Reg. 25. Nabuzardan (Sept. & Greg. Princeps coquorum,) abstulit columnas templi in Babylonem.

Septuag.

Gregor.

Eccl. 15. Firmabitur in illo, & non flectetur. Huc facit Punct. 17. p. 58. 2. Item, Punct. 32. pag. 137.

Cessabunt, inquit Paschasius, verba, cum ventum fuerit ad verbera. Verbum verberatur ad columnam. Punct. 19. Columna, & flagellatio, p. 611. 2. Item, punct. 15. Silentium.

Paschas.

p. 593. 1

Isaiæ 35. Sicut agnus coram tondente, vel tundente se, obmutescet, & non aperiet os suum. pag. 589. 1.

IN

Index ad Conciones.

IN FESTO S. THOMÆ

21. Decembr.

Tholomai, filius Ammiud, Rex Gessur. Ammiud, populus foraminis, albedinis, libertatis.

2. Reg. 13:

Galfrid.

Ioannis 20. Nisi videro in manibus eius fixuram clavorum, &c. Mitte in latus meum, &c. Vbi Galfridus apud Tilmannum: Deprehensus es, o Apostole, Cuncta tibi, quæ dixeras, replicantur. Quidquid fueras pridie velut de absente locutus, ecce totum tibi proponit. At ego miser, sicut lepus dumetis caput infigans, dum videntem me non video, me quoque reputo non videri. *Affer manum tuam, &c.* Quis hoc dicit? Christus utiq; resurgens ex mortuis. Punct. 37. De quinq; plagis. p. 768.

Alti.

Eclli. 37. Cor suum dabit ad versandos sulcos.

Ierem. 22. *Ædificabo mihi domum latam, & coenacula spatiosa, qui aperit, vel iuxta alios, facit excindi sibi fenestras, pingitq; sinopide (minio rubri ruoris.)*

Habac. 3. Dedit abyssus (Thomas) vocem suam.

Psal. 41. Abyssus abyssum invocat in voce curvatarum tuarum.

Gen. 27. Accede huc, ut tangam te, & probem, utrum tu sis filius (Dei) an non.

Psal. 76. Deum exquisivi manibus meis nocte (infidelitatis) contra eum, & non sum deceptus.

1 Ioan. 1. Manus (meæ) contractæ verunt de verbo vita.

Zacharia 3. Ego calabo sculpturam eius.

Heb. Ego aperiam aperitionem (lateris) eius. Cant. 2. Columba mea in foraminibus petreæ, in caverna macerie. (Dominus meus, & Deus meus.)

Iob. 36. In manibus suis abscondit vitæ, ut annunciet de ea amico suo, quod possessio eius sit, & quod ad eam possit ascendere.

Apoc. 12. Cauda eius traheretur tertiam partem stellarum. Huc facit Punct. 61. pag. 275. 2. & Punct. 118. p. 68. 2.

IN FESTO S. STEPHANI.

26. Decembr.

Psal. 64. Benedices coronæ (Stephano; Græcè, coronæ) anni benignitatis tuæ,

& campi tui (Ecclesia) replebuntur ubertate (Protomartyris sanguine saginata.)

Psal. 20. Quoniam prævenisti eum (idcirco Protomartyrem) in benedictionibus dulcedinis (quibus lapides torrentis illi dulces fuerunt) posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

Sap. 4. O quam pulchra est casta generatio cum claritate! Coronata triumphat.

D. Thomas hac die. Coronantur & mali suis coronis, floreâ, frondeâ, aurichalcâ, spineâ. Floreâ voluptatum: Sap. 2. Coronemus nos rosis. Frondeâ vanitatum:

2. Machab. 6. Coronati hederâ Libero circumire cogebantur. Aurichalcâ sæcularium divitiarum, quæ videntur divitiæ, sicut aurichalcum videtur aurum, sed non sunt:

Apoc. 9. Habebat coronam similem aurichalco. Spineâ æternarum pœnarum! Isaia 22.

22. Coronans coronabit te tribulatione.

Psal. 26. In petra exaltasti me, & nunc exaltavit caput meum super inimicos meos (qui strident dentibus in me.)

Isaia 33. Minumenta saxorum sublimitas eius. Regem in decore suo videbunt oculi eius, cernent terram de longè. (Ecce video calos apertos.)

Deut. 32. Ut fuseret mel de petra, oleumq; de saxo durissimo.

Ecclef. 3. Tempus spargendi lapides (Iudæis) & tempus colligendi (Stephano.)

Iob. 5. Cum lapidibus regionum pactum tuum (ego vobis temporalem vitam dabo, vos mihi æternam.)

Gen. 28. Statim ac Iacob capiti suppositum lapidem, calos vidit apertos: pari modo & Stephanus lapidibus obrutus obdormiscens in Domino calos sibi aperiri vidit Punct. 47. & seq. p. 181. 1. & seqq.

Iob. 21. Lapidibus torrentis ei dulces fuerunt. Victori Olympionico dabatur corona ex oleâ; ut placet Arist. & dicebatur Philo-Stephanos. Victi Stephanus in disci ludo, quoniam Iudæi saxa in illum jaciunt, ipse vero lapidibus cælum tundit. Qui discum longius, vel altius trahit, victor evadit.

Hyacinthus puer disco (id est, saxeam mole) à Zephyro fuit occisus, qui postea mutatus fuit in sui nominis florem. Punctum 21. Spina.

2. Tim. 4. Reposita est (illi) corona justitiæ, &c.

IN

Index ad Conciones.

IN FESTO S. JOHANNIS,
Apostoli. 27. Decembr.

Hug. Card. Deut. 33. Benjamin amantissimus Domini habitabit confidenter in eo, quasi in thalamo. In quo (inquit Hugo Card.) secreta reponuntur, & requiescit Sponsus, tota die morabitur, & inter humeros illius requiescet.

August. Job. 39. Numquid ad preceptum tuum elevabitur aquila? hoc est, Ioannes, qui tam altum evolavit, ut Solem in rotâ, Verbum in Patre videat, ut si pauld altius intonatset, totus eum mundus capere non possit. August. In petris manet, & in pruruptis silicibus (lateris, pectorisq; Christi) inde contemplatur esam (Angelorum, & Beatorum) & de longè oculi ejus prospiciunt (ventura in fine mundi) pulli ejus lambunt sanguinem. Septuag. Volutantur in sanguine (in eorâ, & juxta Crucem.)

D. Greg. Ezech. 1. Et facies aquila desuper ipsorum quatuor. D. Greg. Si aquila cum tribus aliis adjuncta, quatuor animalia esse memorantur, quomodo desuper ipsorum quatuor esse describitur, nisi quia Ioannes per hoc, quod in principio Verbum vidit, etiam super semetipsum transit: nam nisi & se transisset, Verbum in principio non vidisset.

Hugo Card. Psal. 76. Vox tonitruus tui (Bonaerges, filii tonitruus) in rota. Hugo Card. Id est, in novo Testamento tonuit Ioannes: In principio erat Verbum.

Esther. 6. Job. 7. Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid apponit erga eum cor tuum?

Esther. 6. Isa. 9. Vidi Dominum super solium excelsum, & elevatum. An non super solium excelsum, Ioannes in Christi pectore? Sic, sic honorabitur, quemcumq; Rex voluerit honorare.

August. Prov. 22. Qui diligit cordis munditiam, habebit amicum Regem. Huc facit Punct. 115. de castitate, p. 349. t. & Punct. 150. de Christi sequela 468. 1

August. Genes. 8. Ceperunt aquae (Passionis) minui, & emisit columbam (Ioannes interpretatur columba, amoris, & puritatis symbolum, ut habet Augustinus homilia de transfiguratione Domini) quae cum non invenisset, ubi requiesceret pes ejus, reversa est

ad eum, (non ut impœnitens corvus, Iudas) portans ramum olivæ secum adducens Matrem misericordiae.

Cantic. 1. Oculi tui columbarum (ob puritatem obtutus Virgo virginem agnoscit, cum ait: Dominus est,) & resident juxta fumenta plenissima, de sacro Domini pectoris fonte portavit, quæ lacte sunt bea ob candorem virginitatis.

Veni, columba mea, in foraminibus petra, Cant. 7. &c. (juxta Crucem.) Una est columba mea, Cant. 6. electa generitrici. (Ecce filius tuus.) Punct. 18. Maria juxta Crucem. pag. 419. 1. Item, Punct. 32. p. 444. 1

Deuteron. 32. Dominus solus dux ejus fuit (in nocte Passionis,) sicut aquila provocans ad volandum pulles suos, & super eos volitans. Constituit eum super excelsum terram (Ecce Mater tua) ut sugeret mel de perâ, (pectore Christi) & sanguinem uve biberet meracissimum ex botro Cypri, &c. pag. 372. 1.

Ecclesiastici 15. Cibavit illum pane vita, & intellectus, & aqua sapientiae salutaris potavit illum, in Coena, & juxta Crucem. Punct. 27. Crucifixio. p. 662. 1

IN FESTO SANCTORVM
Innocentium 28. Decembr.

Hieron. Vox in Ramis audita est, ploratus, & ululatus multus, & Rachel plorans filios suos. Matth. 2. Hieron. Quos sciret esse victuros. Et noluit consolari, quia non sunt, Inventi scilicet in numero occisorum infantium pro Christo Domino.

Genes. 4. Vox sanguinis fratris tui (immo filii tui ô Herodes) Abel (innocentis) clamat ad me de terra.

Exod. 34. Non coques (per anticipationem mortis) hœdum (id est, Christum) in lacte matris suæ, (scilicet puerum parvulum lactentem) quia ad majora paratus est supplicia. Punctum 16. Vestis alba. p. 600. 2.

Exod. 1. Ecce populus filiorum Israel multus, & fortior nobis est. Venite, sepienter oppremamus eum, ne forte multiplicetur, & pugnatiq; nobis, egrediantur de terra. (O mundanam status rationem!)

4. Reg. 24.

Index ad Conciones de Sanctis.

4. Reg. 24. Implevit Ierusalem cruore innocentium.

Eccles. 4. Verti me ad alia, & vidi calumnias, quæ sub Sole geruntur, & lacrymas innocentium, & neminem consolatorem.

Jerem. 9. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die, ac nocte interfectos filia populi mei?

Thren. 2. Defecerunt præ lacrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea, cum deficeret parvulus, & lactens in plateis, cum exhalarent animas in sinu matrum suarum.

Job. 1. Pueros percusserunt gladio, & evasi ego solus (in Ægyptum secedens.) De hoc them. S. Vinc. Ferr.

Matth. 10. Mite parvulos venire ad me.

Michæ 7. Præcoquat ficus desideravit animam meam.

Apoc. 13. Cantabam sancti (Innocentes) canticum novum (plorantes) ante sedem Dei. De hoc them. S. Thomas.

Apoc. 14. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coquinati, virgines enim sunt. Hi sequuntur Agnum quotumque serit. Huc faciunt Punct. 116. pag. 354. 2. & Punct. 150. pag. 468. 1.

IN FESTO S. SYLVESTRI
31. Decembris.

Amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Qui venit ministrare in terram, non ministrari. Miraris de utrisque? Audi. Et cum accepisset linteam præcinxit se, deinde misit aquam in pelvum, & cepit lavare pedes Discipulorum, &c. Ubi Augustin. in Ioan. 13. tractatu 55. Quid mirum, si misit aquam in pelvum, unde lavaret pedes discipulorum, qui in terrâ sanguinem fudit, quo immunditiam dilueret peccatorum? Punct. 4. Agonia, & sudor sanguineus. pag. 545. 2.

Et linteo præcinxit se. Idem ibidem: Crucifigendus sanè suis expoliatus est vestimentis. (Ponit vestimenta sua.) Et mortuus involutus est linteis, & tota illa eius passio, nostra purgatio est. Punctum 36. pag. 764.

IN FESTO S. PAULI, PRIMÆ
Eremitæ. 15. Januarii.

Ego reficiam vos. Matth. 11. per corvum panem ferentem. Ascendam in palmam, & apprehendam fructus ejus. In eremispeluncam se contulit, ubi palma ei victum, & vestitum præbuit.

Massæus historia Indicæ lib. 1. Palma Indica sufficit ad navem complendam, & explendam, non solum quoad ligna, picem, resinam, funes, velum, &c. sed ad omnia, quæ ad victum attinent, ut est panis, vinum, poma, &c.

Unde Antonius tunicam Pauli, quam in sportæ modum ex palmæ foliis sibi contexerat, secum detulit. Apostolus Paulus per murum demissus est in sporta. iste autem sic ingressus est cælum. Palmæ igitur tor enses, quot folia. Vicit mundum hoc modo. Palma Crux est. p. 662.

IN FESTO S. ANTONII
Abbatis 17. Januarii.

ET vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando revertatur à nuptiis. Luc. 12. Nuptiarum dies vocatur dies Passionis.

Non sineret perfodi domum suam. Ab alio fure, qui est Satan. Unde Antonius: Mihi credere, dicebat, Fratres, pertimescit Satanæ piorum vigiliis, orationes, jejunia, &c. Maximè verò ardentem amorem in Christum Dominum, cujus unico sanctissimæ Crucis signo debilitatus auferit. pag. 406. 1.

Sap. 10. Certamen forte dedit illi, ut vinceret. Fusè de Tentationibus, à pag. 137. 1. ad 161. 1.

IN CATHEDRA S. PETRI
Romana. 18. Januarii.

Vide infra in Cathedra Antiochena, 22. Februarii.

IN FESTO S. SEBASTIANI
20. Januarii.

Iob 6. Sagitta Domini in me sunt. Sed sicut cervus

S. Vinc. Ferr.

D. Thom.

Ioan. 13.

August.

Idem.

Index ad Conciones de Sanctis.

cervus sagittatus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te, Deus. Et sicut cervus venena non timet, immò serpentes devorat: sic cervus iste contra pestem etiam potens est. Et est quasi arbor balsami palo alligata, ex qua liquor saluberrimus exit. Punctum 19. Columna, & Flagellatio: pag. 611.

Psal. 37. Sagitta tua infixæ sunt mihi.

Ezech. 39. Et egredientur habitatores de civitatibus Israel, & succedent, & comburent arma, clypeum, & hastas, arcum, & sagittas, & baculos, & contos. Crux prævalet contra arma mundi, & Principes.

Thren. 3. Posuit me quasi signum ad flagellandum. De hoc themate S. Vincentius Ferrerius hac die.

IN FESTO S. AGNETIS VIRG. & Mart. 21. Januarii.

Judith. 10. Cui etiam Dominus contulit splendorem. Posuit signum in faciem meam, ut nullum, præter eum, amorem admittam. De Christi pulchritudine in Passione. 668. 1 & seqq. 670. cujus pulchritudinem Sol, & Luna mirantur.

Cant. 1. Pulchra sunt genæ tuæ, sicut turturis. Et sanguis ejus ornavit genas meas: immò sputa ipsa.

Ibidem: Collum tuum sicut monilia. Dexteram meam, & collum meum cinxit lapidibus pretiosis, & immensus monilibus ornavit me. Ille Sponsus tuus pro monilibus aureis funes, & vincula habet, in dexterâ genâ, & sinistrâ impressiones digitorum.

p. 565. 1.

Agnes, cum resoluta crine jam expoliata esset, densitate capillorum ejus nuditas tecta est. Surlus. p. 611.

Surlus.

Monile tuum, ô Sponsa, sit arundo Salvatoris: nam Græcè, *κωνδαύς*, monile dicitur Latinè. Hæc sit corona tua: nam pueri coronabantur arundinibus. Aristophanes in Epigramm.

Aristoph.

Coronatus albo calamo.

Plinius: Castori, & Polluci coronas præci faciebant arundineas. Ex his acus pro capillis aprandis fiebant, dentiscalpia, &c. Hoc calamistro sanctissimi cruoris gummi illito comas apta.

Plinius.

pag. 639.

IN FESTO S. VINCENTII.

22. Januarii.

A Pocalypf. 2. Vincenti dabo edere de ligno vitæ. D. Thomas.

IN CONVERSIONE S. PAULI.

25. Januarii.

Actorum 9. Domine, quid me vis facere.

1 Reg. 19. Insiliet in te Spiritus Domini, & prophetabis cum eis, & mutaberis in virum alterum.

Isaïæ 37. Ecce ego locutus sum, & vocavi eum, adduxi eum, & directæ est via ejus.

Jerem. 31. Postquam convertisti me, ego poenitentiam: & postquam ostendisti mihi, percussi femur meum.

Numer. 22. Ego veni, ut adversarer tibi, quia perverfa est via tua, mihiq; contraria. Sepiam vias tuas spinis. Infra: Qui cadit, & sic aperiantur oculi ejus.

Psal. 31. Converterfus sum in arumna meâ, dum configitur spina. Vide pag. 384. 1.

Thren. 1. Expandit rete pedibus meis, convertit retrorsum.

Isaïæ 21. Corvui, cum audirem, conturbatus sum, cum viderem, emarcuit cor meum, tenebra obfufpescerunt me.

Proverb. 25. Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum.

Jerem. 18. Dissipatum est vas, quod ipse faciebat de luto manibus suis, convertusque fecit illud vas alterum, sicut placuerat in oculis ejus, ut faceret.

Act. 9. Vas electionis est mihi iste. De hoc them. SS. Thom. & vinc.

S. Thom.

Osee 14. Convertite ad Dominum Deum S. Vinc. Ferrerium, quoniam corruist in iniquitate tua.

Prov. 12. Verte impius (a terrâ ad cælum) & non erunt (impii) Optima conversio.

Dan. 7. Videbam in visione mea nocte: & ecce quatuor venti calis pugnabant de mari. Prima quasi leona, (leone levior) & alas habebat aquila. Aspicebam, donec evulsa sunt ala ejus, & sublata est de terra (in quam ceciderat) & super pedes quasi homo stetit, (qui antea pingui cervice, & erecto collo, cum cælo pugnabat) & cor hominis datum est ei, (qui

(qui

Index ad Conciones de Sanctis.

(qui antea spirans minarum, & cædis sæ-
viebat.) *Et ecce cum nubibus cali quasi Filius
hominis veniebat. (Saul, Saul, quid me per-
sequeris?)* Sic, sic, cum superbus aliquis
intumescit, ac sævit, Deus nunc ei evellit
alam divitiarum, nunc honoris, nunc fan-
nitatis: tunc, tunc certe incipit super pe-
des quasi homo stare, tunc de se ipso hu-
militer sentire, tunc tremens, ac stupens
dicere: *Domine quid me vis facere?* Huc facit
Punct. 25. pag. 100. 1. Item, Punct. 107.
pag. 310. 2. Item Punctum 17. p. 357. 2.

IN FESTO S. JOANNIS
Chrysoft. 27. Januarii.

Iob. 22. *Dabit pro silice torrentes aureos.* Os
laureum, immo totus aureus, sed illo
auro, quod per ignem probatur. En ut
aurum pallidum est: sic Chrysoctomus ex
vigiliis, jejuniis, & mortificationibus a-
liis semper infirmæ valetudinjs. Mal-
leis extenditur aurum: Ita iste persecu-
tiones ab adversarijs patitur. *Caput ejus
verè aurum optimum.* p. 373. 1.

Cant. 5.

Quantum amorem erga Christum ha-
buit, & ejus passionem! Si quis (verba
ipsum sunt) Christum diligit, is novit,
quod sit, quod dico. Hic ut que prius ha-
bebit optimè datum vincula ferre pro-
pter Christum, quàm cælos habitare. Po-
tius mihi habetur, male affici pro Christo,
quàm honorari à Christo. Idem ipse hom.
3. in Epistolam ad E. helios.

IN FESTO S. IGNATII
1. Februarii.

Eccl. 47. *Lusit cum leonibus quasi
cum agnis.* Frumentum Christi sum,
dentibus bestiarum molar, ut panis mun-
dus inveniatur. p. 613. 2.

Amor meus (ait Ignatius) crucifixus
est. In Prologo, de amore Christi in Pas-
sione. p. 527.
Et Punctum 27. Crucifixio. p. 662. 1.

Quàm pulcher sit Christus crucifixus,
668. 1. seqq. 690.

IN FESTO PURIFIC. B. V.
Mariæ. 2. Februarii

Postquam impleti sunt dies purgationis.
Luc. 2. Guericus Abbas: Verum nos,
Fratres, dies, qui ad purgandum nobis
dati sunt, velimus, nolimus, implemus:
sed vè, si dies impletur, & purgatio mi-
nimè impletur, ut postea necesse sit nos
purgari. Lavamur in Sanguine Agni.

Obtulerunt pro eo par turturum. Adam de
persevia: Habemus autem quatuor de
Jesu oblationes distinctas, quarum prima
facta est de ipso à parentibus: secunda pro
ipso de avibus: tertiam fecit de se ipso:
quartam faciet ipse de suis. Vide quomo-
do se obtulit in Prologo. p. 527 & p. 593.

Agi potest de humilitate ex Puncto
150. p. 468. 1. vel puritate ex Puncto 116.
p. 357. 1. Extat præterea Punctum totum
131. quod est de B. Virgine p. 406.

IN FESTO S. BLASII.
3. Februarii.

Psalm. 44. *Myrrha, Guttia, & castia à
vestimentis tuis.* Myrrhae duæ species.
Gutta sponte manans pretiosior est. Ita Glossa.
Glossa in Eccl. 24. Elicita corticis vulne-
re vilior. Quia majoris virtutis est corpus
suum mortificate, quàm ægrotum, vel
paupertate afflictum.

Sed D. Blasii corpus sanum erat: & ta-
men guttam elicitam viscerum videmus. In
Martyribus autem sanguis pectinibus
haustus majoris est virtutis, sed si sponte
sanguis exeat ex infirmitate, non ita est
pretiosus.

*Et quasi Libanus non incisus evaporavi
habitationem meam.* Eccl. 24. Christi sudor
sanguineus, omnium pretiosissimus: quia
ex ferventissimo amore venit sano cor-
pore. Punctum 4. Agonia, & sudor san-
guineus. p. 545. 2.

Audi verò Glossam pro S. Blasio. *Liba-
nus arbor est in Arabia, cortice, & folio
lauro similis, succum amygdali modo e-
mittens, qui bis in anno colligitur, au-
g 2 tumao,*

Index ad Conciones de Sanctis.

rumo, scilicet, & vere: sed autumnali collectione preparatur inciso cortice, in æstatis fervore, & proflianti spuma pingui, quæ concreta densatur, quod in arbore hæsit, ferro depeccitur. Ita Blafius, anagrammaticè Libanus. p.638

IN FESTO S. AGATHÆ,
Virginis, & Martyr.
5. Februarii.

Cantic. 1. Dabo tibi ubera mea. D. Thomas de hoc themate.

Cantic. 4. Pulchriora sunt ubera tua vino (propter sanguinem.)

Cantic. 8. Soror nostra parva est, & ubera non habet. Vera mea sicut turris. Ex quo Apostolus Petrus sanavit me. Verè una Amazonum, ut pugnet cum mundo, carne & Diabolo. Sanguine sanguinem compensavit.

IN FESTO S. DOROTHEÆ,
Virg. & Mart. 6. Februarii.

Ecclesiastici 50. Quasi flos rosarum in diebus vernis, (immò hyemis.) Rosas è Paradiso hyberno tempore Theophilo misit.

Esther 15. Ipsa autem roseo colore vultum perfusa, ob alapas. Unde dicebat Judex: Cædatur facies, quæ mihi insultat. Rosas, immò Paradisum in facie habebat Dorothea.

Cantic. 5. Gena illius areola aromatum. p. 562. 1. & 2.

Ex spinis nascuntur rosæ. Punctum 27. Spina. p. 630

IN FESTO S. ROMUALDI,
Abb. 7. Februarii.

Genes. 28. Vidit Jacob scalam, & Angelos ascendentes, &c. Crux est scala illa Jacobi: Religio ista Romualdi. Punct. 27. Crucifixio. p. 400. 2. & 401. 1.

Tertull.

Scala latro in cælum intravit, sed semel tantum in veteri Testamento, ait Tertullianus, ad cælum visa est scala adherere, ne potentia fera accipiat in usum, & statim per scalam in cælum conscendere

confidant peccatores. Punct. 33. p. 744.

IN CATHEDRA S. PETRI,
Antioch. 22. Februarii.

Genes. 41. Tu eris super domum meam, & ad tuorum imperium totus populus obediet.

Job. 29. Petra fundebat mihi rivus olei, quando procedebam ad portas civitatis, & in platea ponebant cathedram mihi.

1. Machab. 2. Simon frater vester, scio, quia vir consilij est, ipsum audite, & ipse vobis erit Pater.

Christus in Cruce, tanquam in cathedra.

IN FESTO S. MATTHIÆ,
Apost. 24. Februarii.

Proverb. 16. Sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur.

Act. 16. Decidit fors super Matthiam. Sors patiendi.

Matthiæ 11. Sic placitum fuit anteq. De hoc themate S. Vincentius hac die.

Coloss. 1. Qui dignos nos fecit in patrem sortis Sanctorum. Augustinus: Gratia status sors dicitur, quia nullo humano merito, vel respectu, sed Dei beneplacito datur. Ita Deus diligit nos spontaneè. Vide Prologum, p. 526.

Psal. 15. Funes ceciderunt mihi in præclaris.

Psal. 77. Sorte dirivisti eis terram in funiculo distributionis. Christi funes nos solantur. Punct. 7. Manuum injectio, funes, & vincula. p. 559.

Matth. 11. Confiteor tibi, Pater, Domine, cali, & terra, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis. De hoc them. S. Vincen. & Punct. 150. ubi plura de humilitate. p. 468. 1.

IN FESTO S. THOMÆ,
Aquinatis. 7. Martii.

Ab. 12. Qui ad justitiam erudiant multos, fulgebunt sicut stella in perpetuas æternitates.

Genes. 29. Nunquid, quia frater meus es, gratis servies mihi? Dic, quid mercedis accipies? (Nullam.)

Index ad Conciones de Sanctis.

(Nullam aliam præter te, Domine.) Punctum 63. p. 219. 1.

Ruth. 2. Reddet tibi Dominus pro opere tuo, (quod bene scripsisti) & plenam mercedem recipies à Domino, ad quem venisti, & sub cuius confugisti alas (à teneris annis in Religionc.)

Gen. 1. Et vidit Deus, quod esset bonum. Item: Et vidit Deus, quod esset bonum. Sicq; Deus cuncta sua opera cõprobabat. Quãrã ergo veneratione digna sunt Opera Thomæ, cui quondam oranti ore Christi Cruci affixi dictum est: Bene scripsisti de me, Thoma?

Psal. 32. Ponens in thesauris abyssos. An fortè è contra, thesauros in abyssis? Sed mysticè optimè. Uterque Thomas, utraq; abyssus in thesauris: ille lateris Christi, hic scientiæ, ac sapientiæ Dei.

Ezech. 1. Facies autem bonis (bos mutus, sed infra cap. 10) Facies una, facies Cherub. Ipsum est animal, quod videram juxta fluvium Chobar. Bos ergo in Cherub conversus. Cherub, Heb. Plenitudo scientiæ. Huc facit Punct. 30. p. 131. 1.

Apoc. 10. Et vidi alium Angelum (Doctorem Angelicum) fortem (à juventute sua, qui mundum, Diabolum, & carnem vi. it: qui mulierem illam citione fugavit: unde Angeli: Ex parte Dei te cingimus cingulo castitatis, quod nullatenus dissolveretur. Sic Vinc. Fer.) & Iris in capite ejus, (ob tot opinionũ dissensiones, quas optimè conciliavit) & facies ejus, sicut Sol (ob doctrinæ, ac sanctitatis splendorem) & habebat in manu sua libellum apertum (ob candorem, ac facilitatem doctrinæ) & clamavit voce magna (ut prædixit Albertus ob doctrinam ejus communiter receptam.) Huc facit Punct. 116. p. 354. 2.

Si Vinc. Fer.

Si Vinc. Fer.

Sap. 7. Antecedebat me ista sapientia. Si Vinc. Fer. de hoc them.

Luc. 12. Sicut lumbi vestri præcincti (Zona castitatis,) & lucerna ardentes (prunæ ardentes) in manibus vestris (ut impudica fugetur.)

Ezec. 3. Comede volumen istud. (Chartulam, in qua, Ave, Mariæ, descripta erat. deglutivit, (præ sagium divinæ sapientiæ.)

Gen. 15. Ego merces tua magna nimis. Loquitur est Christus Crucifixus: Bene scripsisti

sti de me, Thoma. Sed lege librum istum: qui characteribus magnis intus, & foris scriptus est, ita sapientiam disces. p. 611

IN FESTO S. GREGORII Magni. 12. Martii.

Job 29. Auris audiens beatificabat me: & oculus videns testimonium reddebat mihi, quod liberassem pauperem miserantem, & pupillum, cui non erat adjutor. Beda in Vita Gregorii Magni.

Job 29. Benedictio perituri super me veniebat, & cor vidua consolatus sum.

Ibidem: Oculis suis cæco, & pes claudo. Pauper eram pauperum, & causam, quam nesciebam, diligentissimè investigabam. Contrebam molas iniqui, & de dentibus illius auferbam prædam.

Job 31. Si negavi, quod volebant, pauperibus, & oculos vidua expectare feci. Si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea.

Job 29. Injustitia inductus sum, & vestivi me, sicut vestimèto, & diademate, iudicio meo.

IN FESTO S. JOSEPH, SPONSI B. Virginis. 19. Martii.

Psal. 79. Qui sedes super Cherubim. O quam aptè hoc cadit in brachia gerulae Mariæ, & Josephi! Portantem omnia portu, dicere hic poterat.

1. Reg. 7. Eleazarum sanctificaverunt, ut custodiret Arcam Domini. Quam sanctificatus custos Arcæ viventis Domini!

Joan. 21. Pasce oves meas. Petro dictum fuit, Quælibet anima, ait Bonaventura, est ancilla Mariæ. Petro ancillæ commissæ tantum fuerunt. Josepho Domina ipsa, pavitque ipsum omnium pastorem.

Luc. 2. Ego & pater tuus dolentes quærebamus te. Maria ait de suo sponso, Christus paritur, cumq; illo Maria, & Josephi: tu pari non vis?

Isaïa 62. Habitabit juvenis cum Virgine Interlin. (Interlin. Maria cum Joseph.)

Luc. 2. Et erat subditus illis. Item, Gal. 4. Quanto tempore hæres parvulus est, nihil differit à servo, cum sit Dominus omnium, sed sub tutoribus, & auctoribus est. Græcè, Sub Oeconomis. O honoris tituli, & dignitates!

Index ad Conciones de Sanctis.

Nazianz. Eccli. 26. *Mulieris bona beatus vir.* Ergo melioris beator, optimæ beatissimus. Nazianzena. orat. on. 11. laudibus effereus sponsum Gorgoniæ, undequaque perfectissimæ fœminæ, orationis in medio subsistit: Vultis, ait, uno verbo virum describam? Vir Gorgoniæ fuit, nec scio, quid amp ius dicam.

Alij. Genes. 2. *Faciamus ei adiutorium simile sibi.* Alii: *Quod sit coram eo.* aut juxta Sept. secundum, vel penes ipsum. *Ada vero non inveniebatur adiutor similis ejus.* Mariæ (contemplari liceat) non inveniebatur adiutor similis ejus. Dixit quoque Dominus: *Faciamus ei adiutorium simile sibi.* O Josephi præ-ogativam! Item: *Faciamus ei adiutorium.* Chald. *Sustentaculum* (tum Virgini, tum Filio in laboribus).

Arrias Mont. Exod. 25. Duo illa Cherubim Propitiatorii (Christi) respiciebant se mutuo (ob amorem) versus in Propitiatorum vultibus (in Christum, quem unice diligebat.) Ex his alterum viri, alterum mulieris formam habuisse narrat Arrias Montan. (Maria, & Joseph.) Hæcque utrunque later Propitiatorii expansis alis tegebant, (ad confugientium protectionem, & auxilium) Oracula mqs operiebant, (quod sub hujus matrimonii vel Incarnationis mysterium Diabolus lateret.)

Rupert. Cant. 2. *Qui pascitur inter lilia.* (Josephum, & Mariam.) Rupert. Joseph, & Maria, lilia dicuntur pro virginalibus nuptiis, & cohabitatione castissimâ.

Isa. 9. Psalm. *Secundum nomen tuum (filius accrescens Joseph, filius accrescens) ita & laus tua.* Nomina imponi solita ad actiones.

Euthym. Theophyl. Isa. 9. *Vocabatur nomen ejus, admirabilis, consiliarius, &c.* Non quod hæc nomina habuerit, sed quod hæc fecerit, inquit Euthym. Scriptura sacra ab actionibus nomen imponit, ait Theophylactus. Isa. 7. *Emma suet, ab effectu, inquit August. quia nobiscum. Accrescens igitur Joseph, quod semper in gratiâ accreyerit.*

August. 1. Joan. 5. *Tres sunt, qui testimonium dant in celo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus, & hi tres unum sunt: & tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus (oris nostri, Christus, Jerem. 4.) aqua, (Maria, supra*

quam Spiritus Domini ferebatur) & sanguis (Joseph filius accrescens, & decorus) & hi tres unum sunt (ob amorem, & charitatem.) O Trinitatem adorandam! Jesus, Maria, Joseph.

IN FESTO S. BENEDICTI.
21. Martii.

Gregor. Genes. 12. *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui: faciamque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisque benedictus.*

Genes. 3. *Spinæ, & tribulos germinabit tibi.* Remedium factæ illius, propter quod ortæ sant. D. Gregor. 2. Dial. cap. 2. Per cutis vulnera eduxit e corpore vulnus mentis. Quoniam à sentibus Sanctus hic remedium habuit.

Cælius Rhodiginus libr. 22. capit. 31. Rhamnus Græcè *ῥαμνός* dicitur, quia reptilium morsus allevet, & quod adversus phantasmata sit amuletum præstantissimum. Bene hoc novit Benedictus, qui velut illa avicula acanthidis, seu lusciniæ, à serpente quæ sita, & inter spinas abdita cruciatur, ne occidatur, unde dicitur: *Vulneror, ne vulnerer.* Punctum 21. Spinæ. 630.

IN FESTO ANNUNCIAT. B.
V. Mariæ. 25. Martii.

FAcit ad hoc festum Punctum 150. De Beneficiis Incarnationis, Nativitatis, &c. p. 482 l.

Jerem. 46 *Audivi auditum à Domino (dicit Gabriel) & legatus ad gentes missus sum.*

3 Reg. 1. *Quaramus Domino nostro Regi adolescentulam virginem, &c.*

Gen. 24. *Ipsa est mulier, quam præparavit Dominus filio Domini mei.* Maria hæc est.

4. Reg. 7. *Hæc est dies boni nuncij.* (Ave gratia plena.)

Psal. 131. *Hic habitabo, quoniam elegi eam mihi in Matrem.*

1. Reg. 25. *Ecce ancilla tua, sit in ancillam, ut lavet pedes servorum domini mei.* Ideo lava,

Index ad Conciones de Sanctis.

Tava, ut Mater, pedes, & corpus Domini.
Pfal 86. *Homo natus est in ea.*
3. Reg. 8. *Implevit gloria Domini, domum Domini.*

Gen. 30. *Pro beatitudine mea (filio dato) beatam me dicent omnes mulieres (omnes generationes.)*

Ibidem: *Concepit Rachel, & peperit filium, dicens: Abstulit Dominus opprobrium meum (immò torius humani generis.)*

Luc. 1. *Vocabis nomen ejus Iesum.* Glossa: *Iesus Salvator. Ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis eorum.* Punctum 27. *Crucifixio. pa. 662. Quàm conturbata fuit Maria juxta Crucem.* Punctum 28.

p. 694.

Unde quia hoc festum sæpè venit in Parasceve, vel majori Hebdomada, quomodo saluari debet tunc Maria? *Ave,* (potius, *Ah! vx.*) *Maria* (Mara, & mare amarum,) *gratia plena,* (plena doloribus) *Dominus tecum,* (sed in manibus impiorum.) *Benedicta tu mulieribus* (immò, quæ benedictio, cum Filius factus sit maledictum!) *Et benedictus fructus ventri tui, Iesus.* (Blasphemiis est appetitus) *Sancta Maria* (Doctrix, sed, qui addit scientiam, addit & dolorem.) *Mater Dei* (patient 5, ora pro nobis peccatoribus nunc, & in hora mortis nostra,) ut pro latrone fecisti.

IN FESTO FRANCISCI
de Paula. 2. Aprilis.

Genes. 22. *Portabat in manu (nudâ) ignem,* (immò in vestibus.)

Daniel. 3. *Fornax autem succensa erat nimis, (ibiq; ingreditur,) & non tetigit (eum) omnino ignis, neq; contristavit, nec quicquam molestia intulit.*

Roman. 4. *Vocat ea, quæ non sunt (viva,) tanquam ea, quæ sunt.*

2. Cor. . . *In vigiliis multis (immò contumuis) infame, & stitè, in jejuniis multis, (immò jugiter,) in frigore, & nuditate.*

Genes. 43. *Non videbitis faciem meam, nisi fratrem vestrum Minimum adduxeritis vobiscum.*

Matth. 25. *Quandiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Minimum*

Christus vocatur, qui se se humiliavit usque ad mortem, & exinanivit, &c. p. 611

IN FESTO S. MARCI
Evangelistæ. 25. Aprilis.

Osæ. 11. *Leo rugiet, & formidabunt filij maris, & avolabunt quasi avis ex Ægypto, & quasi columna de terra Assyriorum.*

Prov. 30. *Leo fortissimus bestiarum, ad nullius parvebit occursum.*

Quæres, cur Processiones fiunt in hac die, Amalarius Fortunat? l. 1. c. 33 propter terræ motus, qui in Viennâ fuit, &c.

Amal. Fort.

Eo tempore, (etiam addit,) id est septimo Kalendas Maii, possunt inimici commovere bellum adversus vicina regna: ut reor, cautè providit Sancta Ecclesia Dominum rogare, ut qui destruxit olim consilium Achirophel, nunc destruat consilia eorum, qui volunt irruere super suam pacem.

Rupertus de divinis officiis, lib. 9. c. 5. Mauritiij Imperatoris anno, quo diluvium magnum in sinibus Veneriæ, & Liguriæ, & Italia factum est, quale post hoc tempus non creditur fuisse, subsecuta est è vestigio pestis inguinaria: unde D. Gregorius has instituit Litanias majores.

Floralia 4. Kalendas Maii agebatur, ut omnia benè deflorescerent, ex Sibylla.

Rubigalia 7. Kalendas Maii, quoniam tunc ferè segetes rubigo occupat. Plin. l. 18. c. 29. Ambarvalia.

Vinalia 9. Kalendas Maii, & 13. Kalendas Septembr.

Luc. 10. *Messis quidem multa, operarij autem pauci.* D. Leo sermon. 1. de Apostolis: *Non minuitur persecutionibus Ecclesia, sed, augetur: & semper Dominicus ager segete ditiores vestitur, dum grana, quæ singula cadunt multiplicata nascuntur.*

Ego elegi vos ut eatis, & fructum afferatis. Joan. 15. Tertull. cap. ult. Apolog. Plures estimur, quoties metimur à vobis: semen est sanguis Christianorum. Sic Sanguis Christi: Punctum 4. Agonia, & sudor sanguineus.

p. 545.
IN.

Glossa.

Index ad Conciones de Sanctis.

IN FESTO S. PETRI MARTYRIS.
29. Aprilis.

Deuter. 31. *Memoriter teneant, & ore decantent, & sit mihi carmen istud pro testamento inter filios Israel.*

Job. 13. *Per singulos gradus meos pronuntiabo illum.*

Job. 19. *Credo, quod Redemptor meus vivit, & in novissimo die de terra surrecturus sum, & c. (Carni: resurrectionem.)*

Psal. 26. *Credo videre bona Domini in terra viventium. (Vitam æternam Amen.)*

Symbolum rotum recitat.

Proverb. 1. *Audi, fili mi (à) juventute, disciplina patris: & ne dimittas (recitare) legem (Ordinis) statuta, constitutiones matris tue (Ecclesiæ etiam in morte,) ut addatur gratia capiti tuo.*

Septuag.

Septuag. *Coronam gratiarum, aut charitum suscipies tuo vertici.*

Ferum illud corona tibi erit, ut Chrysostramus desiderabat pro coronaensem Pauli, Similis Christo fuisti. Christus quoque capite laceratus videtur; & corona illa spinea diversi est à Pandoræ donis. Hic omnes milites suam spinam ponunt, non flores: omnes peccatores sua peccata Christi capiti imponunt: illam autem ab omnibus Diis datam afferunt. Pallas dat ei sapientiam, Venus formam, Apollo Musicam, Mercurius eloquentiam. Unde D. Irenæus libr. 2. capit. 19. contra hæreses: *Quod autem Salvatore ex omnibus factum esse æonibus dicant, omnibus in eam deponentibus velut florem suum, non extra Hesiodi Pandoram novum aliquid afferunt. Vide Punctum 21. Spinæ. pag. 630. & Punctum 1. Triginta argenteorum pretium vile, & indignum. p. 531*

D, Iren.

IN FESTO S. CATHARINÆ
Senensis. 29. Aprilis.

Psalm. 50. *Cor mundum crea in me, Deus, & spiritum rectum innova in visceribus meis.*

Proverb. 23. *Præbe cor tuum mihi Christus. Proverb. 21. Ita cor (Catharinæ) in manu Dei.*

Osee 7. *Et columba (sed uncta) non habens cor.*

Psal. 39. *Et cor meum dereliquit me (pro me autem ita melius.)*

Cantic. 2. *Ecce amare languo, vulnerata charitate sum ego.*

Pagnia.

Cantic. 4. *Vulnerasti cor meum. Pagninus: Abstulisti, rapuisti cor meum, excordasti me. Hæc ipsa dicere potest, quæ dicit: Abstulisti cor meum (frater mi, dilecte mi Sponse) ô Iesu. Dicat Sponsus: Suxisti cor meum, & Sanguinem meum, Sopor mea Sponsa, dum labia tua meo lateri aperto admovisti.*

Osee 2. *Sponsabo te mihi in sempiternum (dum alii Bacchanalibus student) sponsabo te mihi in iustitia & c. (dum tunc temporis oraveris.) Sponsabo te mihi in fide.*

Dic. & tu, ô Sponsa: Annulo suo subarrhavit me Dominus, & tanquam Sponsam decoravit me coronâ. Sed qualis hæc fuit? Qualis mei Sponsi in Passione. Acacia spina est, sed acacia, quam accipit innocentissima.

Sap. 5. *Diadema speciei. (Margin. spei) Margin. spuarum in hac vita, de manu Domini, (Sponsi tui.) Sponsus sanguinum tu mihi es, & Sponsus dolorum: postea honorum. Punctum 21. Spinæ. p. 630*

Levitic. 19. *Non incidetis carnes vestras, neque figuris aliquas, aut stigmata facietis vobis. Ego Dominus (Quod faciam charioribus.)*

Lucian.

Lucianus libro de Deâ Syriâ: *Certis notis compunguntur omnes, alii quidem in volâ manus, alii in cervice, & c.*

Certè non ita David, qui dicebat de se ipso: *Psal. 130. Neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me.*

Psal. 130.

August.

In Marg. Chald. Fr. Augustini Justiniani, Ordinis Prædicatorum: *In magnis ambulant, qui nova ementiuntur miracula, ostentantes stigmata manuum, & pedum, ac lateris, quæ bonâ Deo, aut à beato Angelo acceperunt; sed ipsimet sibi intulerunt, quod persuadeant se frui Dei consortio, ac Sanctorum; cum tamen membra sint Diaboli.*

Justinianus.

Neque Catharina ostentui habuit illas: immò præcata est Dominum, ut, manente dolore,

Index ad Conciones de Sanctis.

dolore, signa delitescerent, quod & ad mortem usque impetravit.

Item impressit Christus sua stigmata Lucie Ferraricensi, ejusdem Ordinis S. Dominici, quæ omni texta feria sanguinem fluentem emittebant. Joannes Trithemius in Chron. Sponheimensi sub anno Domini 1500.

Trithem.

Blosius.

Item (verba sunt Blosii in Monili, c. 2. sanctissima Virgo Elizabeth de Spalbeeck ingenti devotione quotidie Passionem Dominicam recollere infueverat. Unde & Christus stigmata quinque vulnerum suorum manibus, ac pedibus, & lateri ejus verissime impressit, &c. Punct. 37. & ult. De quinque plagis. p. 768

Vide, & considera, quomodo Domus hæc aenea dum circumdatur. Templum Salomonis, ut Hebræorum Rabini tradunt, circumcinctum fuit spinis aureis, ne aves insiderent, & locum fœdarent. Ubi sentes sentiuntur in nobis, quæ & in Christo Jesu, aves, Dæmones scilicet, non insident, sed fugiunt à nobis.

IN FESTO APOST. PHILIPPI, & Jacobi. 1. Maii,

Interlin.

IOan 14. Non turbetur cor vestrum. Interlin. Pro morte mea carnis: quia Deus sum, qui suscitabo carnem.

Judic. 5. Zabulon, & Nephthali obtulerunt animas suas in regione Merome. (excelli) nam alter crucifixus fuit Apostolorum, alter verd in altissimum templi locum adductus, inde precipitatus est.

Exod. 3. Ingressi sunt Moyses & Aaron, & dixerunt Pharaoni: Dimitte populum meum, ut sacrificet mihi.

Numeror. 10. Fac tibi duas tubas argentæ ductiles, in eudibus, malleisque subactas. Isidorus. Ided autem ductiles, quia necesse est, ut qui venturam vitam prædicant, per tribulationem præsentiam rursus crescant. Christus etiam tuncus est. Punct. 8. Alapæ, & colaphi. 563

Marg. Isidor.

3. Reg. 7. Statuit duas columnas in porticu templi: dexteram vocavit nomine Ioachim, (firmitas) & secundam nomine Booz. (robur.)

Habac. 3. Qui ascendet super equos suos. Interlin. Apostolos.

Ibidem: Sol, & Luna steterunt in habitaculo suo, in luce fulgurantium tuarum ibunt, in splendore fulgurantis haste tue. Cyrillus ibi citatus à Glossa: Cum igitur exaltatus est Sol (Christus) honoratam pro nobis ascendens Crucem, vel caelos apud Patrem, tunc Luna, id est, Ecclesia, stabit in ordine suo. Et quinam est ejus ordo, nisi illustrare terram, quæ sub caelo est? Et hoc est in luce. Hastæ autem ejus, sancti sunt Apostoli, arma ipsius Dei, opem ferente illis, qui per seiplos vocati sunt.

Quam gloriante ibant Apostoli ad martyrium, velut equitantes, imitantes Salvatorem! p. 593

Ad illa verba: Non turbetur cor vestrum; facit Punctum 117. p. 360 Et ad illa: In domo Patris mei Punct. 147. p. 457.2

IN INVENTIONE S. CRUCIS
3. Maii.

PROverb. 8. Qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet salutem à Domino.

Matth. 13. Simile est regnum caelorum thesauro abscondito in agro.

Amos 9. Qui edificat in caelo ascensionem suam, & fasciculum suum super terram fundavit.

Exod. 15. Moyses clamavit ad Dominum, qui ostendit ei lignum: et cum misisset in aquas, in dulcedinem versa sunt.

Job 3. Effodientes thesaurum, gaudent vehementer, cum invenerint sepulchrum. Sic Helena.

Proverb. 2. Si quaesieris sapientiam, quasi pecuniam, et sicut thesaurus effoderis illam, tunc intelliges timorem Domini.

Job 28. Trahitur sapientia (non jam amplius stultitia Crucis) de occultis, non adæquabitur ei topazius de Æthiopia, &c. (Nam preciosior est minima Crucis particula omni auro.)

Proverb. 3. Lignum est his, qui apprehenderit eam: & qui tenuerit eam, beatus.

Job. 29. Radix mea aperta est secus aquas, & ros morabitur in messione mea.

Proverb. 13. Spes, qua differtur, affligit animam:

h

Index ad Conciones de Sanctis.

animam: lignum vite, desiderium veniens.
Vide Punct. 26. Crucis bajulatio. p 655

IN FESTO S. PHILIPPI
Neri. P. N. 26. Maii.

Chald.

Psal. 38: *Concaluit cor meum intra me.*
Chald. *Ebullit* (ut intra pectus conti-
neri non possit) unde, *Et in meditatione*
mea exardescet ignis. Hieronymus: *Incen-*
sus sum igni. *Philippus* idem ac *bellicosus*, seu
belligerans.

Pulchre quadrat Philippi illius dictum
nostro Philippo, qui ad diceadum ira so-
lebat surgere, ut quod primum verbum
prolatus esset, ignoraret. Dicebat ta-
men, optime, cum brachium concalescific-
fer, se solere pugnare. Cælius Rhodig.
libr. 4. cap. 3. *Isti concaluit cor*, brachium,
lingua, & c. nam Philippus interpretatur
bellicosus, *amator equorum.* Phalangem
Macedonicam, quam Latine cuneum
Livius vocat, prædensi ordinis excogi-
tasse omnium primus dicitur Philippus,
Alexandri Magni pater, ducto ab Heroi-
bus exemplo, quos clypeis clypeos jun-
xisse cecinit Poeta nobilis.

Cal. Rhod.

Livius.

Baron. in Pra-
fat. 8. tom.

Ita noster Philippus exarsuans, ut ait
Baronius, zelo Ecclesie laborantis contra
Centurias Satanae angustum ornavit lo-
cum palatris. Oratorium S. Hieronymi:
excogitavit enim Ordinem prædensum
Congregationis, solo charitatis vinculo
constrictum, ac constipatum. Clypei cly-
peis juncti parietes sunt, illiusque se-
ul-
crum votivis tabellis, & ex pretioso me-
tallo signis affixis exornatum.

Matth. 10.

Gregor.

Hieron.

Interlin.

Psal. 21. *Factum est cor meum tanquam*
cera liquefrens. Chald. *Palpitans in medio vi-*
scerum meorum. Amore languet, vulnera-
tus charitate manet. *Philippus*, *os lampadis.*
Matth. 10. *Lucerna ardetes in manibus ve-*
stris. Gregorius, lumen veritatis in ope-
ratione. *Os lampadis.* Hieronymus: quia
lumen inventum prædicavit. Interlin.
Quia oris officio, lumen, quo intrus illu-
stratus est, mox invento fratri propi-
navit.

Interpretatur etiam *os manuum.* Ope-
rando loquebatur.

Bellicosus certe, qui contra carnem,
mundum, & Diabolum tam strenue de-
certavit.

Psal. 16. *Custodi me, Domine, ut pupil-*
lam oculi. Pagninus: *Vi nigredinem filie o-*
culi. Nerius noster, niger est, sed formo-
sus: Romani enim nigros oculos magni
faciebant. Immo dic, quod Nerius hic sit
candidus, & rubicundus.

Plinius lib. 5. cap. 20. Nerium sempi-
ternum fronde, rose similitudine jumen-
tis venenum est. Item homini contra ser-
pentium venena remedio.

Nerium, rododaphnon, Italicè, *Olean-*
der. Invenitur etiam candidum. In coro-
nis urebantur. Plin. lib. 21. cap. 9.

Cantic. 5. *Dilectus meus candidus, & ru-*
bicundus, electus ex millebus. *Candidus* pro-
pter puritatem, & fidem: *rubicundus* pro-
pter amorem, & charitatem: *viridis* pro-
pter fervorem, & spem: *sempiternus*
fronde propter perseverantiam. Nerium
odorem nullum habet: sed iste halat, dum
vivit, & post mortem non solum o-
dore famæ, sed fragrantie. Nerium non
fructificat: sed noster Nerius dicere po-
test. *Flores mei fructus honoris, & honestatis.* Eccl. 2. 41.

Venenum est bestiis: iste salus fuit pecca-
torum. Sed Deus punivit illos, qui detra-
hebant Philippo. Antidotum autem est
piis hominibus in omnibus infirmitati-
bus temporalibus, & spiritualibus.

Nereus, *novale* dicitur, & *Magnus*, qui
fructum magnum Ecclesie tulit.

Niger, *ascendens* interpretatur propter *Raban-*
raptus, ac ecclasticum.

Neri, *lucerna mea* significat Hieronym.
dicente Propheta: *Lucerna pedibus meis* Psal. 118.
verbum tuum.

Jeremie 32. *Et dedi librum possessionis*
Baruch, filio Neri. Et dedi (dicat Deus)
scientiam Baronio filio Neri spirituali ad
componendos Annales. Ita idem Baro-
nius loco citato. Unde Gregorius in 1.
Reg. 14. *Abner, filius Ner.* Filius ergo
lucernæ est, qui verba Scripturarum li-
benter audit, & sapienter intelligit. San-
cti enim viri, quasi ex lumine lumen acci-
piunt spiritualis eruditionis.

Baron.
Gregor.

Matth. 1.

Index ad Conciones de Sanctis.

Luc. 3. Matth. 1. *Iechonias genuit Salathiel.* Lucas autem dicit capit. 3. *Salathiel, qui fuit Neri.* Cur? Discrepant Evangelistæ? Minime. Fuit enim filius naturalis prius, adoptivus secundi. *Lyran.* Lyranus: Lucas, qui magis describit genealogiam spiritualem, posuit istum Neri. Quot filios spirituales habuit noster Nerus! *Secd coma capitis eius nigra quasi corvus.* D. Anselm. Corvus non pascit corvos, nisi similes sibi, nigros, scilicet: sic nec sancti spirituali aliquem pascunt cibo, nisi sæculo renunciantem eum viderint. Sis niger, quasi corvus; si filius vis esse tanti Patris. *Richard. Victor.* Richard. Victorius. Quare nigræ? Quia præ humilitate sese fatentur peccatores. Ita Pater faciebat Nerus noster, dictus quasi Nerio, Martis uxor, virus, & fortitudo. Significatur per hoc vis, potentia, & majestas. Dicta Nerio, quasi *nerio*, hoc est, sine ira. Ita dicas de nostro Nerio, qui verè fuit vir. *Aul. Gell.* Aulus Gellius lib. 13. cap. 21. Pindarus, Arcefilao candida præcordia dixit. *Homerus,* nigra præcordia, inquit, ob raciturnitatem, occultationemque consiliorum. *Philippus* aiebat: *Secretum meum mihi.* *Plutarchus:* Niger color firmitatis, & perseverantiæ est signum: niger enim color alium non admittit; sed in eo semper stat. *Nereus,* Deus maris existimabatur: unde *Nereides.* *Plin.* *Porphyr.* *Cal. Rhod.* Dii Attricolores. *Plin. lib. 2. cap. 7.* *Porphyrius:* Multi veid (Deum) nigri lapidibus invisibile illius substantiæ significarunt. *Cæl. Rhodig. l. 30. c. 21.* Et *Plinius lib. 35. cap. 6.* Atramentum Apelles commentus est, ubi multa species atramenti ponuntur, cum prius pictores non utebantur umbris: sed isto tabulis pulchritudinem, majestatemque addiderunt. *Bernardus serm. 25. in cant. Nigra sum, sed formosa.* Non omne, quod nigrum est, continuè deforme est. Nigredo in pupillâ non dedecet. Et nigri quidam lapilli in ornamentis placent. Et nigri capilli candidis vultibus etiam decorem augent, &

gratiam, &c. Non enim (subdit infra) erubescit nigredinem, quam novit præcessisse & in sponso, cui similari quantæ etiam gloriæ est? Nihil sibi gloriosius proinde putat, quàm Christi portare opprobrium. *Abste mihi gloriari, nisi in Cruce Domini mei Iesu Christi.* Grata ignominia Crucis ei, qui crucifixo ingratus non est. Nigredo est, sed forma, & similitudo Domini, &c. *Galat. 6.* Quantum *Philippus Nerus* devotus, & pius fuit erga Domini nostri Passionem, vide in illius Vita. Item Christi nigredinem, & pulchritudinem *Puncto 27.* pag. 662

IN FESTO S. BARNABÆ,
Apost. II. Junii.

ACTOR. II. *Erat vir bonus, plenus Spiritu sancto & fide.* De hoc themate S. Vincentius hac die.

Item, 13. *Segregate mihi Barnabam.*
Isaia 10. Ad gentem fallacem mittam eum, contra populum furoris mei.

Item, 18. *Ite, Angeli veloces, ad gentem corvulsum, & nilaceratam, ad populum terribilem, post quem non est alius.*

Item, 42. *Dedi super eum spiritum meum.* (Spiritu sancto plenus. *Judicium Gentibus proferet.*

Item, 54. *Eccce accola veniet, qui non erat mecum: advena quondam tuus adjungetur tibi.* (Paule.)

Item 49. *Dedit te in lucem Gentium:* (Barnabas dicitur ad consolandum valde idoneus) *ut sis salus mea usque ad extremum terra.*

Jeremia 49. Audirum audivi à Domino, & legatus ad Gentes missus sum.

Cantic 1 Botrus Cypri, dilectus meus mihi in vineis Engaddi. Ubi *Bernardus serm. Bernard.*

44. *Fuerat ergo in Cypro:* nam illa insula ferax est vini, & vini oprimi, tollensque inde sibi ingentem botrum, quem olim exploratores de Israel in veste ferebant, eorum propheticum præcedentem, & subsequentem apostolicum medium autem *Jesum Engaddi, fons hædi.* Nec est dubium ex fonte hædi profluere

Index ad Conciones de Sanctis.

charismata meliora, cujus utique unctio
hædos vertit in agnos, & de sinistra trans-
fert in dextram peccatores. Borrus Chri-
stus. Punctum 19. pagin. 611. & Punc-
tum 27. p. 655

IN FESTO NAT. S. JOANNIS
Baptista. 24. Junii.

EXodi 33. Mittam Præcursores tui An-
gelum, ut ejiciat Chanaanæum, & Amor-
rhanum, &c.

Psal. 28. Vox Domini super aquas. Basil.
Joannes juxta Jordanem.

Psal. 131. Paravi lucernam Christo meo.

Jerem. 1. Antequam exires de vulva, san-
ctificavit te. S. Vincent. serm. 1. de hoc the-
mate. in hac die.

Luc. 1. Erit magnus coram Domino. Cur
magnus?

Hebr. 11. Moyses grandis factus negavit se
esse filium filia Pharaonis. Messias non sum,
&c. Joannes magis eligens affligi cum populo
Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem.
Antra deserti teneris sub annis, &c. Majores divitias
& stimans thesauro Egyptiorum, improprium Christi.
Tu Regis offensam non timuisti.

Agi potest de fuga occasionum, & pec-
cati, ex Puncto 33. pagin. 141. 2. & Punc-
to 157. p. 508. 1

IN FESTO S. APOST. PETRI,
& Pauli. 29. Junii.

ECclesiastici 44. Hi sunt viri misericor-
dis, &c. De hoc themate S. Bernardus
serm. 3 in solennitate eorumdem. Huc fa-
cit Punctum 25. p. 100. 1

Genes. 1. Fecit Deus duo luminaria ma-
gna.

Genes. 34. Simeon, & Levi, turbastis me,
& odiosum me fecistis Chanaanæis, & Phere-
zæis, habitatoribus terra hujus. Verba Simo-
nis Magi.)

3. Reg. 6. Fecit duo ostia de lignis olivæ-
rum.

2. Reg. 1. Saul, & Ionathas amabiles, &
decori valde in vita sua, in morte quoque non
sunt divisi.

Joelis 3. Sol vertetur in tenebras, & Luna
in sanguinem. De hoc themate optimè D. Thom.
D. Thomas hac die. Vide Punctum 9.
Petri negatio. pag. 568. Et Punctum 29.
Tenebræ. p. 699.

DE S. PETRO.

ISaia 26. Vocabitur tibi nomen, quod os Do-
mini nominavit.

Item, 28. Ecce ego mittam in fundamen-
tis Sion lapidem angularem, probatum, pre-
tiosum, in fundamento fundatum.

Deuteron. 28. Constituet te Dominus in
caput, & non in caudam: & eris semper super,
& non subter.

4. Reg. 18. Adhæsi Domino, & non recessi
à vestigiis ejus.

2. Reg. 15. In quocumque loco fueris, Do-
mine, sive in morte, sive in vita, ibi erit ser-
vatus tuus. (Etiam si oportuerit me mori tecum
Matth. 26.

Judith. 6. Ligaverunt Achior ad arborem
manibus, & pedibus, & sic vincitum de resti-
bus dimiserunt; cum.

Esther 6. Homo, quem Rex honorare cupit,
debet indui vestibus regie, & imponi super e-
quum, qui de sella Regis est.

Job 23. Vestigia ejus secutus est pes meus,
viam ejus custodiavi, & non declinavi ab ea
(Cruce) Quamvis in Passione negasset.
Vide Punctum 10. Petri lacrymæ. p. 575.

IN COMMEMORAT. S. PAULI.
30. Junii.

Galar. 2. Virgo ego, jam non ego: vivis
verò in me Christus. Mihi vivere Chris-
tus est, & mori lucrum.

4. Reg. 6. Miser filius homicida huc, ut
præcidatur caput meum.

Ecl. 48. In vita sua fecit monstra: & in
morte mirabilia operatus est.

Ecl. 46. Post hæc dormivit, & votum fe-
cit Regi, & ostendit illi finem vitæ suæ.

Ecl. 50. Adeptus est gloriam in conver-
sione gentis: & ingressum domus, & atrij am-
plificavit. Vide Punctum 36.
pagin. 764.

Index ad Conciones de Sanctis.

IN FESTO VISITATIONIS
B. Virg. 2. Julii.

Gencl. 2. *Produxit Dominus lignum pulchrum visu, & ad vesendum suave: lignum etiam vite in medio Paradisi. (O quā feliciter in utero Virginis!)*

Item: *Fluvius (gratiarum) egrediebatur de loco voluptatis.*

Item 21. *Risum fecit mihi Dominus: quicumque audierit, corridebit mihi, (beatamque dicet.)*

4. Reg. 2. *Afferte mihi vas novum, & mittite in illud sal (aeternae Sapientiae.)*

Isaia 19. *Ascendet Dominus super nubem levem, & ingreditur Aegyptum.*

Psal. 103. *Ponam nubem (Virginem) ascensum tuam, qui ambulat super pennas ventorum, &c. Ascendit super Cherubim (Mariam cum Joseph comite) & volavit (cum festinatione.)*

Gencl. 32. *Dimitte me, ut exultem, jam enim ascendit aurora.*

Cantic. 6. *Quis est ista, qui progreditur quasi aurora consurgens? (Vade hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me!)*

Judith. 11. *Non est talis mulier super terram in aspectu, in pulchritudine, & in sensu verborum. (Et salutavit Elizabeth.)*

Item 15. *Tu gloria Jerusalem: tu letitia Israel, (& Joannis) tu honorificentia populi nostri.*

2. Reg. 6. *Et benedixit Dominus Obededon, & omnem domum ejus, (propter Arcam, quae tribus mensibus apud eum mansit.) Quis recenscat benedictiones, quas propter Arcam vivam Joannes accepit, quae in domo illius paternam mansit quasi mensibus tribus! Luc. 1. 56. Vide Punctum 32. p. 444.*

IN FESTO S. MARGARETÆ,
Virg. & Mart. 29. Julii.

Matthæi 23. *Inventa una pretiosa Margarita. De hoc themate S. Thomas, & S. Vincentius hac die.*

Isaia 51. *Nunquid tu non percussisti superbum, vulnerasti draconem?*

Jeremiae 51. *Aborruit me quasi draco, & plevit ventrem suum teneritudine mea, & ejecit me. (Ironice, & irrisorie.)*

Job. 20. *Dirivias, quas devoravit, evomet, & de ventre ejus extrahet illas Deus (unionem.)*

Psal. 90. *Super aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.*

Gencl. 3. *Ipsa conteret caput suum. Arundo serpentibus nocet, quamvis levis sit. Vide Punct. 22. Arundo. p. 639*

IN FESTO S. MARIÆ
Magdalena. 22. Julii.

Isaiæ 7. *Sibilabis Dominus musca, quae est in extremo fluminum Aegypti, &c. (Pharisæus, & Judas) Vide Punctum 6. Judæ prodictio. p. 551*

Item 41. *Ponam desertum in stagna aquarum, & terram in viam in rivis aquarum. Punct. 10. Petri lachrymæ. p. 575*

Item 51. *Ponet desertum ejus, quasi delicias, & solitudinem ejus, quasi hortum Domini gaudium, & letitia invenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis.*

Rom. 5. *Ubi abundavit delictum, superabundavit & gratia.*

Proverb. ult. *Manum suam aperuit in opus (Christo.) De hoc themate S. Vincentius hac die.*

Gencl. 7. *Rupit sunt omnes fontes abyssi magne (peccatricis) & cataractæ (gratiarum) cali aperta sunt, & facta est pluvia (lactymarum) super terram.*

Item 9. *Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum foederis inter me, & inter terram. De hoc them. S. Thom. hac die.*

Isaia 35. *Scissæ sunt in deserto aquae: & quæ erat arida, erit in stagnum, & sitiens int fontes aquarum. Huc facit Punctum 1. ubi fuit de lacrymis.*

Zachar. 14. *In die illa erunt & lebetes in domo Domini quasi phiala coram altari.*

Ezech. 16. *Dixi tibi, cum esses in sanguine tuo, vive.*

Jerem. 3. *Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen revertere ad me, dicit Dominus, & ego suscipiam te. Huc facit P. 25. 100. 1. & 107. In hac die, optimè Chryl. h 3*

Index ad Conciones de Sanctis.

Sermon. 93. 94. & 95. Bernard. & Laurent. Justin.

IN FESTO S. JACOBI,
Apostoli. 25. Julii.

AD illa verba, *Accessit ad eum mater filiorum Zebedaei adorans, & petens aliquid ab eo.* facit Punctum 110. in quo plura de ambitione. pagina. 321. 1. & supra Punctum 63. Quid, & quomodo postulandum. p. 219. 1

Potestis bibere calicem, quem ego, &c. De hoc them. S. Thom. & facit Punct. 39. p. 141. 2. & Punct. 49. p. 186. 2

Psal. 12. Educens nubes ab extremo terra, fulgura (filios tonitruum) in pluviam fecit.

Genes. 29. Servavit Iacob pro Rachel septem annis: & videbantur pauci dies pro amaris magnitudine. Christi charitas in Cruce. Punct. 27. Crucifixio. p. 662

IN FESTO S. MARTHÆ,
Virg. 29. Julii.

IOB 40. *Nunquid illudes ei quasi arvi, aut ligabis eum quasi passerem puero.* Sicut & Juliana fecit. Christus suo sanguine draconem tortuosum interfecit, melius quã Apollo. Punct. 30. p. 704

IN FESTO S. PETRI AD
vincula. 1. Augusti.

PSalm. 115. *Dirupisti, Domine, vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis.* De hoc them. S. Thomas.

Actorum 12. Et ceciderunt catena. S. Vincentius optimè.

Genes. 49. Sedit in forti arcus ejus, & dissoluta sunt vincula brachiorum ejus, & manuum illius per manus potentis Iacob.

3. Reg. 22. Mittite virum istum in carcerem, & sustentate pane tribulationis, & aqua angustia.

Jerem. 40. Ecce solvi te hodie de catenis, que sunt in manibus tuis.

Danielis 6. Eductus est Daniel de lacu, & nulla lasio inventa est in eo quia credidit Deo suo.

Isaie 42. Dedit te in lucem Gentium, & aperires oculos caecorum, & educeres de conclusione vinculum, de domo carceris sedentem in tenebris.

Sapient. 10. Hæc (Jesus, Sapia, &c.) venditum justum non dereliquit, sed à peccatoribus liberavit eum, descenditque cum illo in forream, & in vinculis non dereliquit eum, donec afferret illi sceptrum regni, & potentiam adversus eos, qui eum deprimebant. Hæc & omnia faciunt nobis Christi vincula. Punct. 7. p. 559.

IN FESTO S. DOMINICI,
4. Augusti.

ECclesiastici 42. *Sol illuminans per omnia respexit, & gloria Domini plenum est opus ejus.* De hoc them. S. Thomas optimè, & S. Vinc. per totam octavam.

Iste canis Domini, non canis mutus, & qui latrare nesciant; immò qui Ordinem instituit, qui semper clamitet contra malos.

Isaie 59. Spiritus meus, qui in te est, & verba mea, que posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui amodo, & usque in sempiternum. (Non enim vos estis, qui loquimini.)

IN FESTO S. MARIE
ad Nives. 5. Augusti.

ECclesiastici 43. *Imperio suo acceleravit nivem. Propterea aperti sunt thesauri gratiarum Mariæ.*

Job 38. Nunquid ingressus es thesauros nivis, aut thesauros grandinis aspexisti?

Proverb. 25. Frigus nivis in die messis. Prov. 26. Nix in æstate videtur. Nix frigida. Mortificationibus delectatur, & castos sibi elegit.

Psal. 134. Producit ventos de thesauris suis, ad refrigerium nostrum.

Jerem. 39. Immo thesauros portat frumenti, bordei, olei, & mellis.

Sap. 7. Venerunt nobis omnia bona pariter cum illa. Unde Tetrastichon:

*Frigore concrefco, flammæ ex arboribus mittes:
Excitior flammis, mitte, Virago, nives.
Sicque*

Index ad Conciones de Sanctis.

Sicq; nives nivib. pugnantes, ignibus ignes, Ardor sanctus erit, purus & albor erit.

Cant. 6.

Nix per antiperistatim calefacit. *Qui dat nivem, sicut lanam: hoc est, qui præstat nivi officium lanæ: Maria Dei amorem generat. Nix terram fecundat: Maria animæ gratiarum fecunditatem affert. Nix disjregat visum, vel obumbrat splendore nimio: Maria ipsos Seraphim. Averte oculos tuos à me: quia ipsi me avolare fecerunt.*

IN FESTO S. LAURENTII.
10. Augusti.

P Sal. 101. *Ossa mea sicut cretium aruerunt.*

Item, 16. *Ignem me examinasti: & non est inventa in me iniquitas.*

Ecclesiastici 50. *Quasi thus redolens in diebus astitis. Christus thuribulum suavissimi odoris in Cruce.*

Luc. 22. *Obsulerunt ei partem piscis assi.* (Assiatum est.) D. Gregor. hom. in Evangel. 24. *Quid autem, ait, signare piscem assum credimus, nisi ipsum mediatorum Dei, & hominum passum?*

Gregor.

D. Ambros. Hexam. lib. 5. c. 6. de Stephano Protomartyre, Act. 7. *Eccce video calos apertos, & Filium hominis stantem. Pro hoc pisce stabat Dominus Jesus.*

Levit. 2. *Si de craticula fuerit sacrificium, aquæ similita oleo conspergatur, (oleo charitatis in Deum, quo magis ille assari cupiat; quam tyrannus assare, oleo misericordiae in pauperes, collatas facultates in celestes thesauros deportent) & adolebit super altare in odorem suavitatis Domino.*

Deut. 3. *Monstratur (hodie) lectus ferreus (Laurentii.)*

Job 7. *Consolabitur me lectulus meus, & reuelabor loquens mecum in stratu meo, vel juxta alios, ardebit eloquio meo cubile meum (assatum est, jam versa, & manduca.)*

Isai. 10. *Et erit lumen Israel in ignem, & sanctus ejus in flammam, & succendetur, & devorabitur spina ejus (assatum est)*

Job 28. *Auro locus est, in quo constatur.*

Psal. 40. *Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus: uniuersum stratum ejus*

versasti in infirmis ase ejus voces, precelque pauperum.) Huc facit Punct. 79. p. 253. 1. & Punct. 80. p. 257. 1.

Dispersit, dedit pauperibus. De hoc. them. S. Thom.

Ad illa verba, *Ianus tuas ingredi merui.* De Tribulac. à Punctum 47. ad 51. à pagin. 257. 1. ad 268. 2.

IN FESTO ASSUMPTIONIS
B. Virg. 15. Augusti.

P Ro hoc Festo facit Punct. 131. de Beata Virgine. p. 406. 1.

En Archiræ Columba volitans librata per aëra.

Genes. 8. *Extendit manum, & apprehendit columbam.*

2. Reg. 6. *David, & omnis domus Israel deducebant Arcam Domini cum jubilo.*

3. Reg. 10. *Et ingressa (est Regina mundi) Jerusalem (caelestem) mulco cum comitatu, & divitiis.* Optime Bonavent. in Speculo B. Virginis; c. 11.

Bonavent.

Psal. 17. *Misit de summo, & accepit me, & assumpsit me de aquis multis.*

3. Reg. 18. *Qua nubecula parva (ob humilitatem) ascendebat.*

Prov. 15. *Gloriam precedit humilitas.*

Item, 11. *Mulier gratiosa inveniet gloriam.*

Cantic. 1. *Trabe me postte.*

Item, 2. *Introduxit me Rex in cellam vinariam, (totius suavitatis, ac dulcedinis)*

Item, 4. *Veni de Libano, coronaberis.*

Item, 8. *Quis est ista, qua ascendit de deliciis assuens?*

Isai. 14. *Super astra Dei exaltabo solium meum. Unde ille cecidit, hæc ascendit, & c. superascendit.*

Item, 60. *Domum majestatis meae glorificabo.*

Ezech. 10. *Elevata est gloria Domini de super Cherubim (& Seraphim.)*

3. Reg. 2. *Positus est thronus matri Regis, que sedit ad dexteram ejus.*

Esther 1. *Præcepit Rex, ut inducerent Reginam coram eo, postea super caput ejus diademate.*

Item, 3. *Posuit solium ejus super omnes Principes, quos habebat.*

Apocal.

Index ad Conciones de Sanctis.

Apocal. 11. *Apertum est templum in calo, & visa est arca ejus in templo ejus.*
 Item, 12. *Signum magnum apparuit in calo, mulier amicta Sole.* Vide Punct. 32. pagin. 444. 1.

IN FESTO S. ROCHI.

LYra ex ligno vitis compacta sonum reddebat, qui pestem fugabat, ut S. Rochus faciebat, qui in cava caute moris habitans, signo Crucis pestem fugabat. *Caves Gallice, una roche.*

Cantic. 2. *Veni in foraminibus petra, in caverna maceris.*

Confugiam⁹ ad hunc sanctum Virum, qui vitas morbi omne curabit. Desertum fit desertum, in quo Sanctus hic morabatur. *Exultant ligna, &c.*

Psalm. 95.

Christus vitis, qui suo sono morbum peccati fugabit.

IN FESTO S. BARTHOLOMÆI, Apostoli. 24. Augusti.

MICHÆ 3. *Qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & pellem eorum desuper excoriorum.* Dionys. Carthusianus in sermon. Ad hoc facit Punctum 19. Columna, & flagellatio. p. 611

Dionys.
C. 22b.

Levitic. 1. *Detractaque pelle hostie artus in frustra cadent.*

Joelis 1. *Ficulneam decorticavit, albi facti sunt rami ejus.* D. Thomas hac die de eodem themate. Huc facit Punctum 106. pag. 308. 1. & Punctum 112. pag. 337. 5.

D. Thom.

Cantic. 5. *Expoliavi me tunica mea.* Græcè: *Excoriavi me tunica mea.*

Item occasione verborum, *Exiit in montem orare, agi potest de Oratione.*

IN FESTO S. AUGUSTINI. 28. Augusti.

IOB 28. *Profunda fluviorum (Scripturæ, creaturæ, culpæ, & gratiæ. Sic D. Thomas,) scrutatus est, & abscondita in lucem produxit.* De hoc themate idem D. Thomas hac die

Agi potest de conversione ejus ex Puncto

25. pagin. 100. 1. & ex Puncto 55. pagin. 89. 1.

Sagittaveras, Domine, cor meum. Lancea Christus percussus.

Numer. 24. *Fluet aqua de stula ejus, & semen illius erit in aquas multas.* Christus sanguinem de latere mittens. Punctum 37. p. 768

Ecclesiastici 30. *In diebus istis emanaverunt putei aquarum, & quasi mare adimpleti sunt supra modum. Qui curavit gentem, & liberavit a perditione.*

Quod potuit facere gutta, Christus fecit unda.

Mare Passionis calicem vocat Christus. Angelus mare in fossulam mittens.

IN DECOLLATIONE S.

Joannis Bapt. 29. Augusti,

IOANNIS 3. *Illum oportet crescere, me autem minui.* Dixerat de Domino Joannes, qui minutus est in capite, Christus autem crevit in Cruce.

Genes. 3. *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & ipsa contoret caput tuum,*

Ecclesiastici 9. *Cum saltatrice ne assiduas sis, nec audis illam, ne forte, &c.*

Haiæ 47. *A facie malitiae (mulieris) collectus est iustus.*

Psalm. 10. *Sedet in insidiis cum dirivibus (Herodias) ut interficiat innocentem.* Mulieris mala. p. 569.

IN NATIVITATE B. VIRG. 8. Septembris.

Virga Jesse floruit.

Cantic. 6. *Quæ est ista, quæ progreditur, quasi aurora!*

Judith. 11. *Non est talis mulier super terram in aspectu, in pulchritudine, & in sensu verborum.*

Ecclesiast. 24. *In me omnis gratia vitæ, & veritatis.*

Num. 24. *Orietur stella ex Jacob, & consurgit virga de Israel, & percuet ducos Moab.* Huc facit Punct. 131 p. 134. 2

Amos 3. *Leo de tribu Juda in peccatorem iratus rugiet, si inter Leonem, & Libram*

Index ad Conciones de Sanctis.

bram non fit Virgo, quis non timebit? & dilectus quem admodum filius unicornium, in sinu Virginis. Vel Leo infernalis. quaerens quem devoret, rugiet, si os ejus non claudat Virgo, quis non timebit?

Pfalm. 88. Buccinate in neomenia tuba. Chald. Clangite per Lunam Septembris cornu, in insigni die solennitatis vestrae, vel in definito tempore sacrificij vestri.

Gen. 32. Dimitte me, jam enim ascendit aurora (ad quam feliciter oculos elevabis.)

Prov. 8. In ipsis (Nativitatis) foribus loquitur, dicens: O viri, ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum. Audite, quoniam de rebus magnis loquutura sum. Ego diligentes me diligo, & qui mane vigilaverint ad me, invenient me. Sept. Inveniet gratiam. O infantulam divitem! Mecum sunt divitiae, & gloria. Symmach. A me sunt divitiae, & gloria. Bernard. Totum nos habere voluit per Mariam. Opes superba, vel superna. Hebr. Substantia durabilis. Sept. Possessio multorum. Symmach. Vita antiqua. Aquila: Substantia cum pace.

Nec his solum plena, & superplena sibi, sed & nobis. Facta est quasi navis. Hebr. Quasi naves institoris. De longe portans panem suum. Sept. Congregat autem haec vitam. Complur. & regia. Congregat autem haec divitias. At quibus? Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem, non timebit domus sua a frigidibus nivis. q. d. abunde dabit, nec ipsa tamen ad pauperiem, nuditatemque deveniet. Quid plura? Qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet salutem. Alii, Voluntatem a Domino.

Matth. 1. Liber generationis Iesu Christi. O scribar ego in hoc mystico libro, & gaudebo, non quia daemonia subijciantur mihi; sed quia nomen meum scriptum sit in caelis!

Dan. 12. Salvabitur populus tuus omnis, qui inventus fuerit scriptus in libro hoc. O Maria, liber vitae!

Josu. 1. Non recedat volumen hoc ab ore tuo, sed meditaberis in eo diebus, ac noctibus. Hinc humilitatem, hinc puritatem, hinc obedientiam edices: Ut facias ea, quae scripta sunt in eo. Haec vera Virginis devotio, virtutum ejus cultus, ac imitatio.

In electis meis (o mater) mitte radices (tuae devotionis.) o bonum, cum Virginis devotio altas egit radices!

3. Reg. 2. Mortem quidem merebaris, (o peccator) sed, quia portasti (per specialem devotionem) Arcam foederis, (matrem meam, in corde tuo) non morieris (aeterna morte.)

Levit. 26. Ponam tabernaculum meum in medio vestri (devotionem Virginis matris meae) & non abiciet vos ultra anima mea.

Pfalm. 95. Dedisti metuentibus te significationem. Hebr. Vexillum (devotionis Virginis) ut fugiant a facie arcus, ut liberentur dilecti tui.

2. Reg. 17. Vbi, ubi sunt? (vox infernallium inimicorum) Transierunt festinanter, gustata paululum aqua. (Vox Virginis, quae super os putei lucis protectionis velum expandit.)

Maria. Hebr. Spes Ber. Maria tota (post Christum) ratio spei meae. In quibusdam sculptis Caesarum imaginibus Dea quaedam, & circa eam. Spes publica. Maria, Maria, spes publica peccatorum.

Ruth. 2. De vestris quoque manipulis projicite de industria, & remanere permittite (peccatorem aliquem veluti ab omnibus derelictum,) ut absque rubore colligat. q. d. quem alii, sic dixerim, erubescunt, haec vel scelestissimum, si ad eam confugiat, non erubescit, sed colligit, amplexatur.

Genes. 1. Luna (Maria,) ut praesset nocti (peccatori.)

Pfalm. 38. Ecce alienigena, & Tyrus, & populus Aethiopum, hi fuerunt illic (in civitate Dei, quod peccatores cujusque generis confugiunt.)

Apoc. 12. Et in utero habens clamabat parturienti, & cruciatur, ut pariat. Quid latibunda in suo virgine partu clamat, & cruciatur? De eo partu est sermo, de quo Apostolus: Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Hos Christo parere exoptat: hos gratiae enixos in desertum poenitentiae, non ad sensus delicias adducit. Et hi devoti, &c.

O Maria, o Maria! Haec Fratres mei, spes nostra est. Vae nobis sine Illa. Reprobis illis dictum est: Clausa est janua. Vae

Index ad Conciones de Sanctis.

nobis miseris, vā nobis, si janua hæc cæli clauderetur. In hac die Bern. & B. Thom. de Villanova.

IN FESTO EXALTATIONIS
Sanctæ Crucis. 14. Septembris.

AD hoc facit Punctum 105. pag. 307. 2. & Punctum 160. ibid. 2. ut etiam pleraque Puncta de tribulatione.

1. Reg. 4. *Et factum est in diebus illis convenerunt Philisthim in pugnam & c. & Arca Dei capta est, scilicet, Crux. Glossa in Moral. Per pugnam Philisthinorum contra filios Israel, quæ describitur hinc allegorice significatum fuisse videtur bellum Persarum sub Cosdroe Rege contra Catholicos in terram Judææ: quia sicut in isto bello filii Israel fuerunt debellati, & Arca Dei fuit capta: sic in bello Cosdroe Catholici partim occisi fuerunt, & partim captivati: & S. Crux fuit capta, & portata in terram Persarum, sicut Arca transportata fuit in terram Philisthinorum. De qua transportatione dicitur in fine capit. *Translata est gloria Dei ab Israel, eò quòd capta esset Arca Dei.* Vide Punctum 7. de captione Christi. pag. 337. 2. Et idem dici potest de sancta Cruce, quæ gloria plebis Christianæ*

Galat. 6. *Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi.* Punct. 26. Crucis bajulatio. p. 655

1. Reg. 6. *Fuit autem Arca Domini in regione Philisthinorum septem mensibus, & c. Indicate nobis, quomodo remittamus eam in locum suum.* Moraliter Glossa. Lyranus: In hoc capitulo describitur Arcae redemptio, per quam significatur sanctæ Crucis reportatio, quam Heraelius Imperator occiso Cosdroe, & Persis in deditionem recepit in Jerusalem reportavit

Ser. I. de Cruce

D. Petrus Damianus: De virga Jesse devenimus ad virgam Crucis.

Genes. 32. *In baculo isto transivi iordanem.*

Ecclesiastici 24. *Sicut Cedrus exaltata sum in Libano.*

Ezechi. 17. *Exaltavi lignum humile, & frondere feci lignum aridum.*

IN FESTO S. MATTHÆI,
Apostoli. 21. Septemb.

FUÛe de avaritia, ac divitiis, à Puncto 66. ad 76. ad pag. 228. 1. de p. 244. 2. Genes. 16. *Tu verò Deus es, qui sic respexisti me.* (Qui horum oculorum virtute eorum mutas.)

Job. 28. *Ferrum de terra tollitur (è terreo ferreo contra hostes) lapis quoque (cor durum) solutus calorum (illorum radiorum) in as (resonans Evangelium) vertitur. Ad salicem (infrugiferam ante, sed postea frugiferam) extendit manum suam: subvertit à radicibus montes (eradicans superbiam divitis) in petris rivus (lacrymarum ob pœnitentiam) excoedit. Efficacia, & vis oculorum Christi. pag. 581.*

IN FESTO S. HIERONYMI,
30. Septemb.

Matthæi 5. *Non potest civitas abscondi supra montem posita. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum.* Sermo B. Laurentii Justiniani.

Eusebius de morte ejus ad Damascum, capit. 9. *O vir ineffabilis! ô virtutum vas admirabile! ô splendor patientiæ! ô lampas præfulgida! ô diadema honoris, & gloriæ: angularis lapis firmissimus, exemplar innocentie, columna aurea, & totius Ecclesiæ fundamentum. Cum plus tunderis, minus confunderis.*

Christus Agnus tonsus, & tonsus. pagina. 588.

Christus lucerna, Crux candelabrum. pagina. 655.

IN FESTO S. ANGELI
Custodis. 1. Octobris.

PRO hoc Festo facit Punct. 97. de Angelo Custode. p. 295. 1

IN FESTO S. FRANCISCI,
4. Octobris.

HUc potest referri Punctum 78. De affectu

Index ad Conciones de Sanctis.

affectu libero, & à terrenis evulso. 244.2
Galat. 6. Ego stigmata Domini in corpore meo porto.

Exod. 21. Quid si dixerit servus: Ego diligo dominum, non egrediar liber, perforabit aurem eius subula, & erit ei servus in sæculum. Huic in quinque partibus.

Zachar. 13. Quid sunt plaga ista in medio manuum tuarum? His plagatus sum in domo eorum, qui diligebam me.

Nobiliora vulnera fecit amor.

Joan. 6. Hunc Pater signavit. Græcè: Signillavit (hunc filius.)

Isaïa 62. Vocabitur tibi nomen, quod os Domini nominabit. Hebræcè, perforabit. Ipse sculpfit cælaturas has.

Apoc. 7. Vidi alterum Angelum habentem signum Dei viri. D. Bona ventura ait hunc esse S. Franciscum. Vide Punctum ultimum. De quinque plagis. p.768

IN FESTO S. DIONYSII
9. Octobris.

Escher. 15. Parvus fons crevit in fluvium, & in Solem, lucemque conversus est, & in aquas plurimas redidit. Sol, & Luna in tenebras conversi.

Isaïa 46. Vocans ab Oriente avem, & de terra longinqua virum voluntatis mes. De hoc themate S. Thomas hac die.

Actor. 17. Stans autem Paulus in medio Areopagi, &c. Ignoto Deo, &c. Quidam verò viri adherentes ei, crediderunt, in quibus & Dionysius Areopagita. Tenebræ pro Christo patiente. p.703. Aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina dissolvitur.

IN FESTO S. LUCÆ, EVANG.
18. Octobris.

Crucis mortificationem iugiter in suo corpore pro tui nominis honore portavit. In oratione.

Proverb. 14. Vbi plurimæ segetes, ibi manifesta sortitudo bovis. (Lucas plus omnibus de passione scripsit.)

Isaïa 11. Vitulus, & leo, & ovus simul morabuntur. Vitulus ad sacrificium obediens ducitur. De obedientia Christi in

Cruce.

pag. 679a

IN FESTO SS. SIMONIS, ET
JUDÆ, Apostolorum.
28. Octobr.

Ecce Simon frater vester, scio, quia vir consiliy est, ipsum audite semper. & ipse erit vobis pater. Et Iudas Machabæus fortis viribus à juventute sua, sit vobis Princeps militia. Simon Zelotes. De zelo animarum. pagin. 757.1

Hebr. 11. Secti sunt, tentati sunt.

Exod. 29. Ipsum autem arietem secabis in frustra.

Amos 1. Non convertam, eo quod disseverint pregnantes Galaad. Apostolos plenos sermone evangelico. Ribera ibid. Templum item cæleste ex lignis, & lapidibus sectis ædificatur, & ebore.

Hieronymus in Psalmum 44. Ebur, nisi radatur limis, dividatur ferus, ac subnlis perforetur, obscurum, & horribile est: sic etiam Apostolierant, antequàm vocarentur, & inhabitarentur. Sed postquam vocati sunt, feris secti (ut Simon,) unguis rasæ, scapellis scalpri, flammis, ignibus, ac diversis suppliciis elimati, facti sunt domus Dei. Dolores Christi in Cruce acerbissimi. p.669.1

IN FESTO OMNIUM SANCTOR.
1. Novembris.

Philip. 4. Salutant vos Sancti.

4. Reg. 4. Nunquid habes negotium, & vis, ut loquar Regi? (Vox amicorum Dei pro devotis.) Loquebatur Moyses cum Deo facie ad faciem, sicut loqui solet amicus cum amico. O beati, ô felices Sancti, & amici Dei! Beati, beati, ait in cæstis ferè raptâ Regina illa, viri tui, & beati servi tui hi, qui stant coram te semper! Quid, quid de aulicis hisce felicissimis?

At quantum poterant vel in terra! Actorum 27. Ne timeas, Paule, ecce donavit tibi Deus omnes, qui navigant tecum (animas ducentas septuaginta sex.) Annon deferebant infirmos in plateas, ut transcurante Petro saltem umbra illi obumbraret

i 2 quen-

Index ad Conciones de Sanctis.

Quenquam illorum? Gen. 19. Angeli ad Lotum: *Habes hic quempiam tuorum, generum, aut filios, aut filias,* (ut meritis tuis hinc eripiamus?) Ad hanc Dissimulante, vel tardante illo, apprehenderunt manum ejus, dixeruntque: *Festina, quia non potero facere quicquam, donec ingrediarius illuc.* O vim orationis! O Sanctorum merita! donec videri poterat, ita dixerim Lot, donec umbra illius per acclivum ascendente regionem illam tangere potuit, nequaquam ignis de caelo venit, sed statim ac ille ingresses: est Segor, pluit Dominus de caelo super ceteras civitates sulphur, & ignem. Quis verò non miretur, integram civitatem Segor precibus ejus ab incendio, quod cum reliquis merebatur, ereptam? *Etsiam, in hoc suscepi prece tuas, ut non subvertam urbem, pro qua locutus es.* Ibid. v. 21.

Væ mundo absque Sanctorum precibus. Ubi nos legimus *Isaiz 57. A facie malitia collectus est justus;* Pagnin. legit: *Propter malum mundo venturum, colligetur justus ad Patres suos.*

Num. 14. Josue, & Caleb ad populum: *Neque timeatis populum terra hujus. Cur, & duces, non pertimescant? Recessit, inquit, ab eis omne praesidium.* Hebr. *Recessit ab eis umbra eorum.* Quenam? Cornelius à Lapide respondet: Tradunt Hebraei sub hoc tempus in Chanaan mortuum esse sanctum Job, cujus precibus, dum viveret, placatus Deus patebat Chananaeis; nunc autem illo mortuo, recesserat umbra eos protegens, hoc est, pura merita, & preces sancti Job. *Omne praesidium.* Huc facit Punctum 2. p. 7. 1.

Quid verò agendum nobis, ut quodad possumus, eorum patrocinium mereamur? *Ecco sedule in omnibus ministrasti nobis, inquit Eliseus ad Sunamitidem. Quid vis, ut faciam tibi?* Sic, sic Sanctorum patrocinium proferendum, &c. Augustin. Nos verò, Fratres, ad Sanctorum Martyrum consortium si venire volumus, de imitatione Martyrum cogitemus: debent enim aliquid de suis virtutibus recognoscere, ut pro nobis dignentur Domino supplicare. Huc optimè facit Chrysostomus die 6. infra oct. Pro hac solemnitate facit

August.

Chrysost.

Punct. 48. pagin. 185. i. & Punctum 148. p. 458. 2.

Baruch. 4. *Delicati mei ambulaverunt per vias asperas.*

Apoc. 24. *Vidi turbam magnam, &c. palma in manibus eorum.* Ergo victoriam retulerunt de hostibus, mundo, carne, Dæmone.

Ezech. 9. *Omnes signati signo Thau, signo Christi.* Ergo omnes imitatores Christi, qui Christi vestigia sunt secuti.

Martyres sunt tubæ ductiles ex Gregorio Nysseno. De cruce gerendâ vide Punctum 16. p. 655.

IN DIE COMMEMORATIONIS omnium fidelium Defunctorum. 2. Novemb.

Josue 10. *Sol, contra Gabaon ne movearis, &c. Stetit quo Sol, &c. Non fuit antea, & postea tam longa dies,* Si unius oratione dies est elongata, omnium fidelium precibus non breviabitur?

Proverb. 11. *In bona justorum liberabitur civitas, (Purgatorium his, vel illis in co- detentis.)*

Ecc. 3. *Cor inopis (suam eleemosynam diu expectantis (ne afflixeris, & ne protra- has datum augustians. Ingratum est benefi- cioium, quod diu inter manus dantis est, inquit Senec. Punctum 81. pag. 261. Senec.*

Eleemosyna praesens non erit in oblivione, sed in die tribulationis commemorabitur tui (ore pauperum, dum & tu eris in Purgatorio)

Ignem ardentem (Purgatorii) extinguit aqua (misericordia.)

Ruth. 1. *Faciat Deus misericordiam vobis, sicut fecit cum mortuis.* (Hoc prae- cipuè meritum exigit Cajetan. ut scilicet Cajet. tunc adjuvandum adjuvet.) *In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.*

Jerem. 12. *Erue nos de manu inimicorum nostrorum, & serviemus tibi (dum erimus ante Deum.)*

2. Reg. 14. *Obsecro, ut videam faciem Regis: quod si memor est iniquitatis mea, interficiat me.* Qualem desiderium animarum videndi Deum?

Job 7. *Noctes laboriosas numeravi mihi.* Sept.

Index ad Conciones de Sanctis.

Sept. Noctes dolorum datae sunt mihi.

Item 14. Cunctis diebus, quibus nunc mihi, expecto, donec veniat immutatio mea. Symmach. Donec veniat sancta nativitas mea.

Symmach.

Idem.

Hebr.

Itaia 38. Sicut pullus hirundinis, sic clamabo, meditabor, ut columba. Symmach. Sicut hirundo inclusus, sic clamabo, Domine, vim patior, responde pro me. Hebr. Sponde pro me. Te alloqui cogita: Sponde, sponde pro me. O inhumanum, si pro anima non spondes!

August.

Psal. 41. Fuerunt mihi lacryma mea panes die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, ubi est Deus tuus? (August. id est, ubi quotidie expecto sponsi mei praesentiam.)

Tob. 5. Quale gaudium est mihi, qui in tenebris sedeo, & luxen cali non video? (Vox animarum) Forti animo esto: quia in proximo est, ut à Deo cureris. (Vox Angelorum.)

Psal. 30. Oblivioni datus sum, tanquam mortuus à corde. Vox patris, aut matris. Nec mirum, cum seipsum oblivioni dederit. Theaurizat, & ignorat, cui congregabit ea, & nunc quae est expectatio mea (à filiis?) Vana.

Alij.

Ita. 1. Filios enutrivisti, & exaltavisti, ipsi autem spreverunt me. Alij. Rebellarunt à me.

Job. 19. Quare faciem tuam abscondisti, (fili) & arbutaris me inimicum tuum?

Psal. 17. Filij alieni (ab omni lege) mentiti sunt mihi, quoddam voras, quoddam legata perfolverent.

Abdia 1. Usque ad terminos emiserunt te, omnes viri sed vis tui illuserunt tibi.

Thren. 1. Audierunt, quia ingemisco ego (mater, vel pater) & non est, qui consoletur me.

1. Machab. 1. Facta est exera semini tuo, (obliviosa mater filiorum) & nati sui reliquerunt eam (in poena.)

Thren. 2. Matribus suis dixerunt (filij) ubi est triticum & vinum (in sacrificium pro nobis offerendum?)

Item, 4. Sed & Lamia nudaverunt mammam, lactia verunt catulos suos, filia populi mei crudelis, quasi struthio in deserto.

Alij.

Item, 1. Plorans ploravit in nocte, & lacryma ejus in maxillis ejus, non est, qui consoletur eam ex omnibus charis ejus. Alij. Ex omnibus

amatoribus ejus, omnes amici ejus spreverunt eam. O quam multi, dum viveret, succlamabant: Ecce quem amas, infirmatur! At vix triduo elapso sollicitudinem abjiciunt: Quadrivianus est, sciet. Joannes II. 39.

Job 19. Usquequod affligitis animam meam? En decies confunditis me (tot vanis auxiliis spebus) & non erubescitis. Ecce clamabo vim patiens, & nemo audit, vociferabor, & non est, qui judicet (quam gravis sit poena, ut me propterea tactus miseratione ab ea liberet, atque absolvat.) Semitam meam circumsepsi, & transire non possum, & in calle meo tenebras posuit. Iratus est contra me furor ejus, sic me habuit quasi hostem suum. (Quasi: quia hostis illius revera non sum, quamvis quasi hostem me afficiat, unde nec ille hostili animo hæc mihi supplicia irrogat, sed benevolentia, sed paterno. Sic Nicetas.)

Nicer.

Dereliquerunt me (in his tormentis) propinqui mei, & qui me noverunt, obliti sunt mei. Inquilini domus mea, (Septuaginta. Vicini domus mea,) & ancilla mea, sicut alienum habuerunt me, & quasi peregrinus fui in oculis eorum. Servum meum vocavi, & non respondit. (Quid mirum?) Halitum meum exhorruit uxor mea. (Halitus ille, spiritus ille quondam unus inter me, & uxorem, in horrorem modò, alterius nimirum viri halitus in secundis nuptiis bene olet.) Et orabam filios uteri mei. Abominati sunt me quondam consiliarij mei, vel Græcè, Scientes me, conscii videlicet arcanorum omnium cordis mei. Et quem maxime diligebam, aversatus est me. Misere mini mei, misere mini mei, saltem vos (ò Sacerdotes) amici mei, quia manus Domini tetigit me.

Græc.

Thren. 1. Iustus est Dominus, quia os ejus ad iracundiam provocavit: audite, obsecro, universi populi, & videte dolorem meum. O quam his illud accommodare possumus: Ite, Angeli veloces, ad gentem convulsam, & dilaceratam. Heb. Ad gentem tractam per omnes tribulationes, & (tamen) pretiosam.

Hebr.

Job. 28. Auro locus est, in quo constat. August. In quo purgatur.

Malac. 3. Et purgabit filios Levi, & colabit eos (ò tormentum!) quasi aurum, & quasi argentum (ne quid scortæ superfit) & erunt

i. 3. Domino

Index ad Conciones de Sanctis.

Domino offerentes sacrificia in iustitia (ut quicquid debent, persolvant.)

Matth. 18. Nonne ergo oportuit, & te misereri conserui tui? (Quantò magis patris tui?)

Amos 6. Nihil compatiebantur super conuersione Ioseph, animæ existentis in puteo, vel carcere Purgatorii. Si bos, aut asinus in forream cadat, nonne continuo extrahent illum in die Sabbath? Luc. 14. 5.

Psal. 30. Infirmata est in paupertate virtus mea. O quàm extrema paupertas! Nihil habeat, unde se iuuent: multa debent, nihilque lucrati possunt, &c.

Sap. 5.
Eccl. 12.

Ita. 30. In silentio, & spe erit fortitudo vestra. Sap. 3. Spes illorum immortalitate plena est. Eccles. Ibit in domum eternitatis sua.

Dan. 14. Daniel serue Dei, tolle prandium, quod misit tibi Deus, sacrificium per manus Sacerdotis delati in ciecino intentionis. Tu inter ora leonum existentibus amicis, aut parentibus huiusmodi prandium non deferes? Chrysof. Iuuetur mortuus non lacrymis, sed precibus, supplicationibus, elemosynis.

Chrysof.

Sap. 7. Infinitus thesaurus (indulgentiarum) est hominibus.

Hebr. 11. Sancti obturauerant ora leonum (de quibus Ecclesia, Libera eas de ore Leonis.) extinxerunt impetum ignis, his altari- bus in eorum honorem privilegio decoratis: unde nunc ille, nunc illa liberatur. Tu sacrificiorum, elemosynarumque aqua ad extinguendum ignem, quo non alienæ domus, sed tuorum consanguineorum animæ concremantur, festinus non accurres? Curris, ut ignem, qui comburit domum extinguas ad extinguendum ignem, qui animam comburit, non curres? Pro hac die facere possunt Puncta 138. & 139. demptâ æternitate, &c. à 432. 2. 435. 2

IN FESTO S. MARTINI.
11. Novembris.

D. Thom.

1. E Sdr. 9. Scidi pallium meum, & iunecam. De hoc themat. optimè D. Thom. hac die. Huc facit Punct. 82. pagina. 264. 2. & Punct. 88. pag. 267. 2

1a Apoc. 16. Beatus, qui custodit vestimenta sua (inducens pauperem) ne nudus ambulat (in itinere mortis.)

Isaie 28. Pallium breue (immisericordis, & avari) utrunque operire non potest (misericordis potest.)

Ad illa verba, Si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem, fiat voluntas tua, facit Punct. 117. pag. 357. 2. & egregiè Bern. hac die.

IN FESTO PRÆSENTATIONIS
B. Virginis. 21. Novembris.

EN hodie felicior Anna, quàm altera illa suorum viscerum immolatrix Chrysof. (sic eam appellavit Chrysofostomus) quæ acceptam à Deo puellam Deo presentat: Et quæ de manu tua accipimus, reddimus tibi.

Gen. 4. Abel obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum, & respexit Dominus Hebr. Abel. Ex Hebr. Et defixè intuitus est Abel. Symmac. Syn. mac. Et delectatus est super Abel. Aquila. Aquila. Et consolationem accepit. Chaldaeus: Et Chald. suscepit cum beneplacito. Theodotus: Et Theodot. inflammavit, quò scilicet totum holocaustum absumeret, & quàm gratum ei extiterit, declarat. At quàm defixè hodie oblationem hanc intuitus est Deus! quàm in ea delectatus! quanto suscepit consolationem! quanto suscepit cum beneplacito! qualiter inflammavit! O gratissimum holocaustum! ô medullatum! ô pingue!

Psal. 121. Latata sum vis, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. O domum felicem! ô beatam! in quâ Virgo Virginum cum virginibus habitavit! Deus in domibus ejus cognoscitur. Verè, verè in hac domo. & ex hac domo Deus cognoscebatur. Quæ domus hæc? Paradisus. Cant. 4. Hortus conclusus. Ambros. Paradisus conclusus. Genes. 28. Non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cali. Chald. Non est locus communis, sed locus, in quo beneplacitum est coram Deo: & à regione loci huius est porta cali. Ista est lex domus. In summitate montis omnis finis ejus. In circuitu sanctum sanctorum est.

Si quondam locus ille Clarævallis ob Bernardi

Cant. 4.
Ambros.
Genes. 28.
Chald.

Index ad Conciones de Sanctis.

Bernardi præsentiam undique, vel eminus odorem sanctitatis efflabat, situs eremum ipse, ordo silentium, charitas, non terrenam domum, sed Paradisum præferebant. Ingressus quondam regium illud cubiculum (inquit Guillelmus lib. 1. cap. 7. qui vitam scripsit Bernardi) cum considerarem habitationem, & habitato-rem, tantam mihi, testor Deum, domus ipsa incutiebat reverentiam, ac si ingrederer ad altare Dei. Quid reverentiæ inesset, quid sanctitatis efflaverit domus illa, in qua sanctissima hæc Virgo aderat? Ecce, ecce odor filia mea, sicut odor agri pleni cui benedixit Deus. O domum non terrenam, sed caelestem! ô templum non templum, sed caelum! Quis ordinem, quis amorem, quis charitatem domus illius describat?

Cant. 4. Sicut fragmen mali punici, ita gena tua, absque quod intrinsecus latet. Verè fragmen mali punici, quod rubentes suo quoque loco pyropos ligat virguncularum aliarum charitatem signabat. At quam mali punici coronam gestabat? Absque eo, quod intrinsecus latet. Septuaginta: Extra taciturnitatem tuam. Symmach. Extra silentium tui. Ipsa, ipsa erat, ait Ambros. simulacrum mentis, figura probitatis.

Judith. 10. Considerabant vultum ejus, & erat in oculis earum stupor, quoniam pulchritudinem ejus mirabantur nimis. Ab ea desumebant exempla vivendi, in qua, velut in speculo, fulgebat species castitatis, & forma virtutis. Psalm. 44. Astitit Regina, vel Erecta stetit Regina dextris tuis (veluti omnium prima) in vestitu deaurato. Symmach. In auro primo circumamicta varietate. Chald. In indumento diversarum figurarum, hoc est, omnium virtutum. Exod. 38. Si labrum illud æneum ex speculis mulierum, quæ excubabant ad ostium tabernaculi, tergendas, si quas haberent Sacerdotes maculas ostendebat, quam dilucidè ex hoc speculo sine macula suas quæque negligentias emendare, seque ipsas ornare poterant?

Jerem. 1. Virgam vigilantem ego video.

Alii: Virgam ex amygdalo celeriter florentem ego video. Quid nimirum omnibus antecelleret, quodque omnibus, dum oportebat, virga correctionis esset. Pleisque justis aspectus admonitio correctionis est, inquit Augustinus. Justi sanati aspectus, & ipsi oculorum radii virtutem quandam videntur infundere eis, qui fideliter eum videre desiderant. Quanta, quæso, ille Virginis aspectus admonitio correctionis erat?

O quam sæpè illa ad sorores: Ne foris sit inter vos radix germinans felis, & amaritudinem. Deut. 29. aut, juxta alios: Ne foris sit in vobis cor cogitans peccatum, & superbiã. Virgam, virgam vigilantem, vel ex amygdalo, hoc est, Virginem in lenitate spiritus corrigentem, ego video.

2. Paralipomen. 5. expleto templo, intulerunt Sacerdotes arcam fœderis Domini in locum suum. En hodie Arca fœderis Domini habens virgam, & manna, illata in locum suum. O felicem domum, quoniam in Paradiso, ubi tanta cum pace, & charitate habitant sorores in unum! Hæc religiosos (dicebat Hieronym. loquens de charitate) hæc Monachos facit, si hæc Cœnobita sunt Tartara, habitatores sunt Dæmones: cum hac verò sunt Paradisus in terris, & in eis degentes sunt Angeli.

Suas autem cuique rei agendæ Sanctissima Virgo præfinierat horas, orationi, contemplationi, lectioni, rerum spiritualium collationi. Luc. 2. Sancta illa Anna Prophetissa. Non discedebat de templo, jejuniis, & observationibus serviens nocte, ac die. O quam hæc citò virguncula hujusce spiritum subodoravit! quantum beata hæc anus puellulæ gustabat spiritum, vel ipso Seraphinorum spiritu eminentiorem! quanto eam quæso, affectu diligebat, observabat, reverebatur! quoties seorsum in colloquiis divinis! &c.

Duas verò inter cæteras virtutes, quibus omnibus in gradu heroico prædita fuit, coluit in templo sanctissima Virgo, puritatem, videlicet, ac orationem.

Tunc,

Septuag.
Symmach.
Ambros.

Psalm. 44.

Symmach.
Chald.
Exod. 38.

Alij.

August.

Deut. 29.

Hieron.

Luc. 2.

Index ad Conciones de Sanctis.

Rupert.
Ambros.
Psal. 44.

Tunc, ait Rupertus, votum virginitatis prima emittit. & Ambros. Prima virginitatis vexillum levavit. Hinc David in spiritu. Psalm. 44. *Adducentur Regi (Christo) virgines post eam* (exemplum ejus securæ) *proxima ejus afferentur tibi, afferentur in latitia, & exultatione* (vel in ipso ætatis flore) *adducentur in templum Regis.*

Psal. 59.
Hebr.

Ad hoc, ad hoc vexillum puritatis percipidi convolare debent. Psalm. 59. *Dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant à facie arcus.* Hebr. *Dedisti metuentibus te vexillum, ut vexillentur à facie arcus,* (quem caro tetendit, à quo rari non vulnerantur) *ut liberentur dilecti mei* (verè dilecti.) Sanctissima Virgo vexillum est elevatum à facie pharæ: totique carnalium sagittarum, quæ tam se pè visibilibus, ac invisibilibus undique jaciuntur, ut scilicet sub hoc dilecti, ac devoti liberentur, extra quod nemo liberatur. Germanus Patr. Constantinop. homil. de zona, & fasciis Deiparæ: Nullus est, ait, qui salvus fiat nisi per te, ô Sanctissima. Nullus est, qui liberetur à malis, nisi per te, ô purissima. Nemo est, cui donum concedatur, nisi per te, ô castissima. Nemo est, cujus misereatur gratia, nisi per te, ô honestissima.

German.

D. Hieron.

Sub hoc vexillo parentes curent, ut filii, filiaque militent, casque offerant Virgini, consecrent Creatori. D. Hieronym. adversus Heluidium: Virgines, inquit, fructus sunt nuptiarum: unde matres meritò steriles putare se debent, si fructum hujusmodi non producant; fecundas vero, cum, qui virginitatem colant, filios, filiasque protulerint. Sic in epist. ad Furiam: Pater impleat nomen suum: aretur filiam genuisse Christo, non sæculo. Sic ad Letam de Paula, quæ prius, inquit, Christo consecrata est, quàm genita, quàm ante votis, quàm utero concepisti. O bonæ, quin si dicere licet, ô beatæ matres, quæ suas in Monasteriis virgines habent! hæ namque sunt earum voluptas, delicia, laborum, afflictionumque solatium, ac levamen, non quæ secum ærumnarum suarum consortes in sæculo remanserunt.

Sed ô quam longè beatiores illæ, quæ nunquam ad nuptias ob Sponsi cælestis

amorem pervenerunt! Cujusdam elegantissimè memoriae Ambros. lib. 1. de Virginitatibus. Memoriae, inquit, nostræ puella dudum nobilis in sæculo, nunc nobilior Deo, cum urgeretur ad nuptias à parentibus, & propinquis, ad sacrosanctum altare confugit: quod enim melius virgo recurreret, quàm ubi sacrarium virginitatis offertur? Ne is quidem finis audaciæ. Scabar ad aram Dei pudoris hostia, víctima castitatis; nunc capiti dexteram Sacerdotis imponens, precem poscens; nunc justæ impatiens moræ, ad summum altari subiecta verticem: Num melius, inquit, quàm altare velabit, quod sanctificat ipsa velamina, frontem? Plus talis decet flammæus, in quo caput omnium Christus quotidie consecratur. Quid agitis vos, propinqui? quid exquirèdis adhuc nuptiis sollicitatis animam? Jam dudum provisas habeo. Sponsum offertis? Meliorem reperi. Quaslibet exaggerare divitiam, jactare nobilitatem, potentiam prædicare habeo eam, cui nemo se comparat. divitem mundo, potentem imperio, nobilem cælo. Si talem habetis, non refuto optionem: si non reperitis, non providetis mihi, sed invidetis. Silentibus cæteris, vaus abruptius: Quid si, inquit, pater tuus viveret? in nuptiam te manere pareretur? Tum illa majori religione, moderatiore pietate? Et idèd fortasse defecit, ne quis impedimentum posset afferre. Quod ille responsum de patre, de se oraculum maturo sui probavit exitio. Ita cæteri eadem quique metuentes, favere cœperunt, qui impedire quærebant. Habetis, puellæ, devotionis præmium. Parentes, cavete offensionis exemplum.

O possent pueri, & puellæ, vel in ipso matrum utero Creatori se consecrare! ô quàm bonum, quàm præmium sese è mundo eripere, antequàm malitia mutet intellectum, aut fictio decipiat animam, seu fascinatio nugacitatis obscuret bona, sive inconstantia, vel circumoratio concupiscentiæ transvertat sensum sine malitia! Animæ hæ certè sunt, quæ placent Deo, qui præmatris inspirationibus properat educere eas de medio iniquitatum.

O quam

Index ad Conciones de Sanctis.

O quam verum! Fascinatio nugacitatis, & c. id est, nugax, & adulatoria laudatio, secundum quod homines maligni dicuntur laudando pueros fascinare. Sic Bonavent. O quot suis illecebris puellas fascinant! & quantis inconstans, seu circunrotatio concupiscentia caput circunrotat!

Sed felices illi, & illæ, quas à prima ætate spiritus bonus deducit in terram rectam Septuag. In rectam. Felix Pratenf. In terram innocentia. Chrysostomus: In viam virtutis, in consilia, & actiones sibi placentes. Encomia Religionis, quæ juxta Remigium terra recta est, quippe quæ fructum juxta sementem producit. Mundus terra maledicta est in opere. At non sic Religio, & c. Septuag. In rectam, quasi terram dicere noluerint, quæ portus cælum est, vel quod recto itinere ferè absque contactu terræ in regionem cælestem, ut dicit Dionysius, ac in terram viventium deducat. Felix: in terram innocentia. O quam multi in hac, veluti in altero Paradiso, innocentiam custodiunt! In viam virtutis, in consilia, & actiones sibi placentes. Felices, felices, qui hanc à teneris, ut ajunt, unguiculis ingrediuntur.

Apoc. 11. Draco mulieris partum aperitis faucibus expectabat, ut mox editum devoraret. At mulier procinus eum in desertum abduxit. O quot sunt, qui possent partum ab ore Draconis eripere, sed mundo relinquunt! Masculus est, primogenitus est. B. Aloysius Gonzaga primogenitus, & Marchio, ut fauces Draconis elusit! O felicem, qui non pro unâ escâ, sed pro regno cælorum, non vendidit, sed reliquit primogenita!

Levit. 1. Summopere placet Deo primorum fructuum oblatio, ac primogenitorum immolatio

Thron. 3. Bonum est viro, cum portaverit jugum ab adolescentia sua: sedebit solitarius & tacebit, quia levavit super se. Ubi egregie notat Bonavent. huic sententiæ veluti duabus antecedentibus præfixam esse litteram Teth, Hebr. Bonum: quia æterna quætere, ut docet primus verus, fugere mundi inquietudinem, ut docet secundus, & tertius, in iis se longanimitè ex-

ercere, est totum bonum hominis in hac vita. O quam verum!

In mundo, dixit Salvator, pressuram, sive oppressionem habebitis, in me pacem. Pressuram, metaphora petita à torcularibus. O quot pressuræ in mundo! & quot compressiones, & oppressiones! mors filii, pressura, rei, aut honoris jactura, pressura, persecutio, pressura. In mundo pressuram, oppressionem habebitis.

1. Cor. 7. Qui cum uxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & divisus est: quæ nupta est, cogitat, quæ sunt mundi, quomodo placeat viro, pressura: at mulier innupta & virgo cogitat, quæ Domini sunt, ut sit sancta & corpore, & spiritu. Hæcque sunt, quæ Deo vacant sine impedimento. O felices! & felices in vita, felices & in morte! O quantis illa (Virgo Virginum) occurret! quantas complexa ad Dominum trahet dicens: Hæc thorum Filii mei, hæc thalamos nuptiales immaculato servavit pudore, Ambrosius.

Psal. 44. Adducentur Regi Virgines post eam, proxima ejus (ò titulum! ò dignitatem!) afferentur tibi. Camp. paraphrasticè: Adducentur jam nunc eum suis virginibus Regina tibi, ò Rex. Pro liliis, pro liliis, pro his, qui commutabuntur canticum pro dilecto. Ex D. Hieronymo. Canticum amantissimum, D. Hieron. Alii, Canticum amorum, vel dilectionum. Alij. Quadrant castissimo connubio Verbi, & animæ.

At quid hodie ad exemplum Virginis agamus omnes? Presentemus nos Deo, divinòque ejus servitio dicemus. Cant. 1. O pulcherrima mulierum, egredere, & abi post vestigia gregum tuorum, & pasce hædos tuos, Chald. O pulcherrima seminarum, egredere, & abi, & deduc filios tuos, tanquam hædos, ut appaream in domo sanctuarij. O utinam! Hæc omnium rerum præstantissima, hæc prima, hæc dignior. Ita est, Fratres, ita est, si lumen Dei haberemus, nihil præter Dei servitium æstimarem? hoc supra dignitates, supra honores, regna, imperia æstimandum, Psalm. 83. Elegi abjectus esse in domo Dei mei. Chald. Elegi adhaerere domui Dei mei. Pag. Elegi esse in limine, in domo Dei mei, Felix. Volo potius manere ad januam Dei

Bonavent.

Psal. 142.
Septuag.
Felix Pratenf.

Septuag.

Felix.

Ambros.

Camp.

D. Hieron.

Alij.

Cant. 1.

Chald.

Bonavent.
Hebr.

Psal 83.

Chald.

Pagnin.

Felix.

k

Index ad Conciones de Sanctis.

- Camp.*
Heb. 11. *Dei mei.* Camp. en. *Malo ostiarius esse domus Dei mei, quam habitare in tabernaculis peccatorum.* Hebr. 11. *Moyseis grandis factus (grandium est, scire Dei servitium aestimare) negavit se esse filium filie Pharaonis.* (Ambr. serm. 8. in Psal. 118. *Noluit Rex esse, cum esset*) *magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem.*
- Ambros.*
Esther. 14. *Tu scis, Domine, quid abominor signum superbia, & gloria. quod est super caput meum.* Diadema illud tan operè aestimatum, ut præ divinarum rerum lumine superbiam vocabatur abominabatur! Mox ut hoc lumen intrat, vilescit aurum, vilescit mundus, vilescunt regna, solumque Dei servitium aestimationem mereri ostendit.
- Psal. 115.* *David: O Domine, (Psal. 115.) ego servus tuus, ego servus tuus, & filius ancilla tua. Ut aestimabat! ut gloriabatur! ut sanctè hunc titulum jactabat! Philo: Servire Deo, maxima est gloriatio, non modò libertate major, sed & divitiis, & principatu & omnibus rebus, quas mortales mirantur, pretiosior.*
- Exod. 7.* *Hinc Exod. 7. ubi nos legimus: Dimitte populum meum, ut sacrificet mihi. legunt alii: Ut mihi serviat. Sicque Philo: q. d. Non decet alium Regem habere, nec Dei servum alteri servire. Qui liber est, alteri servire non potest.*
- Ambros.* *Sic Ambros. in Psal. 104. ibi: In servum vendatus est Ioseph. Non servus factus, ait, sed in servum vendatus: q. d. ad fratres: Nimirum eum vendere in servum? Servus Dei non est servus. Idem quaerit, cur Jacob discessurus à domo Laban, facultatem abeundi non postulavit? Genes. 31. *Laban.* Hebr. *Lator,* à terra, à mundo qui liber est, veniam non petit, nec se mundo subicit, ut ab eo tanquam servus dimittatur.*
- Genes. 21.* *Qui vult esse dominus, sit servus Dei. Matth. 20. Adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes servient ei.* D. Thom. per distributionem accommodam, id est, quotquot servient ei, erunt Reges: quia ei servire, regnare est.
- Matth. 20.* *Quam malè sese alii dejiciunt, subiiciuntque mundo! Maledictio in quodam, qui Dei servitio discedunt, ut mundo deserviant. Et ejectionem vos de terra hac (sancta) in terram, quam ignoratis (aulam) & servitis ibi Diis alienis die, ac nocte, qui non dabit vobis requiem. Hebr. misericordiam.*
- Jerem. 16. 13.*
- D. August.* *O quam id maturè Aulici illi apud D. Augustin. lib. 8. Confess. cap. 6. dignoverunt! quorum alter sic alterum alloquitur: Dic, quaeso te, omnibus istis laboribus nostris quò ambimus pervenire? quid quaerimus? cuius rei causa militamus? majorne esse poterit spes nostra in palatio, quam ut amici Imperatoris simus? & ibi quid non fragile, plenumque periculis? Et per quot pericula pervenitur ad grandius periculum? & quamdiu istud erit? Amicus autem Dei, si voluero, ecce nunc fio.*
- Sed forsitan nimis digressi sumus: ad orationem ergo breviter deveniamus. Quænam alia Virginis ibi vitæ ratio, quam iuge orandi studium? Jam diximus Arcam hodie illatam In locum suum, id est, ad oraculum. 2. Par. 5.*
- Cant. 5. Ego dormio, & cor meum vigilat. Ambros. ut cum quiesceret corpus, vigilaret animus, qui frequenter in somnis aut lecta repetit, aut somno interrupta continuat, aut disposita gerit, aut gerenda prænunciat.*
- Quis altissimus mentis illius elevationes enarrat? O veram orationis domum! Quis det, ut introducatur in hanc cellam vinariam, aut domum gymnasi doctrinæ, ut orandi modum ediscamus?*
- At non pro se solum modò orat, sed pro nobis etiam, sese hodie præsentat, ut veluti Advocata pro omnibus intercedat.*
- 3. Reg. 2. Pete, pete, mater neque enim fas est, ut avertam faciem tuam. O fiduciam! Ora, ora pro nobis, sancta Dei Genitrix, neque enim negare tibi quicquam potest.*
- Apud pientissimam hanc Matrem tum justis favorem, tum peccatores refugium inveniunt. Arca, ut Genes. 6 fenestram habebat in summitate, hoc est, Virginis favor, quo justos prospicit. Habebat & ostium ex latere deorsum, quò peccatores accedant, ac facillimè intrent.*
- Gen. 6.*

Quid.

Index ad Conciones de Sanctis.

Petr. Dam. Quid quoddam vel latro ille tempore passionis per hoc ostium intravit? Dicit Petrus Damianus. Nec mirum: Asylum est peccatorum. Psalm. 138. *Quid ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam?* Ad asylum Mariæ. *Si sumpsero pennas meas diluculo.* Alia lirera: *Si sumpsero pennas meas in directum.* Felix: *Si sumpsero pennas aurora, & habitaverero per veram devotionem, vel in extremis, & angulo maris Mariæ.*

Psal. 86. Hieron. O felices Mariæ devoti! Psalm. 86. *Sicut latantium omnium nostrum habitatio est in te.* Hieron. *Omnes fontes (gratiarum) in te.* Alii: *Omnia viscera mea in te.* O sanctissima Dei Genetrix, sint, quæso, omnia viscera mea in te, quoniam in te sunt Dei viscera omnia per amorem transfusa, &c.

Alij.

IN FESTO S. CÆCILIAE,
22. Novembris.

Cantantibus organis Cæcilia Domino decantabat: Domine Iesu Christe, Pastor bone, seminator casti consilij, suscipe seminum fructus, quos in Cæcilia seminasti. Hæcne est corona spicea messorum, an spinea? Punctum 21. Spina. p. 630
Christus in Cruce cithara. p. 705
Ex cannis fiunt cantes organorum. Punct. 22. de arundinibus Pan. ex quibus factæ sunt fistulæ. p. 639.

IN FESTO S. CATHARINÆ,
Virg. & Mart. 25. Novemb.

Judith 4. *Vna mulier Hebræa fecit confusionem in domo Regis Nabuchodonosor.*

Job. 38. *Quis posuit in visceribus mulieræ sapientiam?*

1. Cor. 1. *Qua stulta sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes.*

Prov. 14. *Sapiens mulier adificat domum suam* De hoc them. S. Thomas hac die. *S. Thom.*

Ezech. 1. *Et erat rota in medio rota. Scultura quoque erat rotæ, & altitudo, & aspectus horribilis.*

Psalm. 44. *Pro iis, qui commutabuntur* (in Angelos Hebr. *Pro liliis* (quæ sunt symbola virginittatis). *Hebr.*

Matth. 22. *Qua neque nubunt, neque nubentur, erunt sicut Angeli Dei.* Quid mirum, si, ceu de ordine Angelorum, angelicis humeris defertur? Tribus Levi Hieron. in Sarragdo (hieroglyphico castitatis) insculpta. Levi juxta Gregor. interpretatur *assumptus*: juxta Ambrosium, *Mens*, vel *pro me*: juxta Origenem: *Is, qui indefinenter assistit Deo, voluntati ejus ministrans.* *Gregor. Ambros. Origen.*

Tertullian. Deo speciosa, Deo sunt puellæ: cum illo sermocinantur: illum diebus, ac noctibus tractant: orationes suas, velut dotes, Domino assignant: ab eodem dignationem, veluti munera maritalia, quotiescunq; desiderant, consequuntur. Sic æternum sibi bonum Domini occupaverunt: ac jam in terris non nubendo de familiâ angelicâ deputantur. Huc facit Punctum 116. pag. 354. 2

Pro communis Sanctorum quare in Indice rerum communes materias.

Coll. S. J. Paderb. 1662.